

cum eos amor divinus ad celestia contemplanda elevat: cadunt in terram, cum eos amor proximorum ad ima retrahit. *Sup. Apocal.*, cap. 8, in illud: *Et cecidit de celo stella ardens.*

2. Qui ad contemplativam vitam ascendunt, per activæ vitæ exercitia probari debent. *Prosec.*

3. Nam qui subito ad contemplativæ vitæ celsitudinem sine exercitiis activæ vitæ transeunt, facile labuntur. *Ibid.*, cap. 21, in illud: *Nonus, Topazius.*

S. AUGUSTIN. 4. Non sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat. *Lib. 19, de Civit. Dei*, cap. 19.

S. BERNARD. 5. Felix domus, et beata semper congregatio est, ubi de Maria Martha conqueritur nam Mariæ, Martham amulari indignum prorsus est. *Serm. 3, in Assump. Beate Mariæ.*

6. Sicut activa vita est sepulcrum secularis vitæ; ita contemplativa vita, est monumentum activæ vitæ. *Serm. 33, ad Sororem.*

7. In silentio nemo sic debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi; nec sic actuosus, ut contemplationem requirat Dei. *Lib. Meditat.*, cap. 11.

S. DIADOCH. 8. Non in illo tempore inopiam, quæ sollicitudinem affert, patitur mens, quæ tantum se contemplationibus dilatat, quantum operatio charitatis vult. *De Perfect. spirit.*, cap. 7.

S. GREGOR. MAGNUS. 9. Vir perfectus prius activæ vitæ opera congregat, et postmodum carnis sensum per contemplationem mortuum huic mundo funditus occultat. *Lib. 6 Moral.*, cap. 17.

10. Mira divinitatis pietate agitur, cum is qui perfecto corde ad contemplationem tendit, humanis ministeriis occupatur, ut ex multis infirmioribus ejus mens perfecta proficiat. *Lib. 5 Moral.*, cap. 4.

11. Necessè est ut nec quieta mens ad exercitationem se immoderati operis dilatat, nec inquieti ad studium contemplationis angustet. *Prosec.*

12. Sæpe enim qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt et sæpe qui occupati bene humanis usibus viverent, gladio suæ quietis extincti sunt. *Lib. 6 Moral.*, cap. 17.

13. Activa vita multorum est, contemplativa paucorum. *Lib. 32, Moral.*, cap. 4.

14. Sine contemplativa vita intrare possunt ad celestem patriam, qui bona quæ possunt operari non negligunt; sine activa autem intrare non possunt, si negligunt bona operari quæ possunt. *Hom. 3, sup. Ezechielum.*

15. Dux sunt vitæ, activa scilicet, et contemplativa; quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. *Prosec.*

16. Contemplativa vita major est merito quam activa; quia hæc in usu presentis operis laborat, illa vero per saporem intimo venturam jam requiem degustat.

17. Quamvis activa vita bona sit, melior tamen est contemplativa; quia ista cum mortali vita deficit, illa vero in immortalis vita plenius excrescit. *Hom. 3, sup. Ezech.*

18. Sine contemplativa vita, etc., ut supra. *Nº 14.*

19. Activa vita cum corpore deficit, contemplativa autem vita hic incipitur, ut in celesti patria perficiatur. *Lib. 2, sup. Lamentat. Hieremias*, cap. 3.

20. Activa vita, innocentia est operum bonorum; contemplativa, speculatio supernorum; illa communis multorum est, ista vero paucorum. *Prosec.*

21. Activa vita mundanis rebus bene utitur, contemplativa vero mundo renuntians, soli Deo vivere delectatur.

22. Qui prius in activa proficit, ad contemplationem bene ascendit.

23. Merito enim in ista sustollitur, qui in illa utilis invenitur.

24. In ista prius per exercitium boni operis cuncta exhaurienda sunt vitæ, ut in illa jam pura mentis acie ad contemplandum Deum quisque portranscat.

25. Et licet conversus statim ad contemplationem descendere cupiat, tamen ratione cogitur, ut prius in activæ vitæ operatione versetur.

26. Vitæ mundanæ activa vita, et vitæ activæ contemplativa, sepulchrum est.

27. Viri sancti sicut a secreto contemplationis ad publicum egrediuntur, ita rursus ab actionis manifesto ad secretum contemplationis intimi revertuntur.

28. Utilius est per simplicem actionem ire ad vitam, quam per contemplationis errorem mitti in gehennam.

29. Multos enim Deus ex carnalibus sua gratia visitat, et ad contemplationis fastigium elevat; multosque a contemplatione justo judicio deserit, et lapsos in terrenis operibus derelinquit. *Lib. 3, de Sum. bono*, cap. 15, per totum.

30. Optime sibi conveniunt quieta remotio, et contemplationis instantia; nam sicut publicum corporalis actio, ita solitudinis secretum exigit contemplatio. *Part. 2, serm. Pentecost.*

31. Sine actione sola contemplatio scientibus ad nihil est utilis. *De Congressu quærendæ eruditionis gratia.*

32. Habet activa vita profectum, contemplativa fastigium; hæc facit hominem sanctum, illa profectum. *Pros.*

S. HIERON.

S. ISID. HISP.

ARISTOTELES.

SENECA.

33. Hujus vitæ est, nulli prorsus injurias irrogare; illius, irrogatas æquanimiter sustinere.

34. Activa vita habet sollicitum cursum, contemplativa gaudium sempiternum; in hac acquiritur regnum, in illa percipitur.

35. Hæc facit pulsare bonorum operum (velut quibusdam manibus) januam, illa vocat consummatos in Patriam.

36. In hac contemnitur mundus, in illa videtur Deus. *Lib. 1, de Vita contempl.*, cap. 12.

SENTENTIE PAGANORUM.

37. Duplex est vita, scilicet contemplativa, et politica, inter quas contemplativa est melior. *10, Ethic.*

38. Agere et contemplationi vacare utrumque mihi est, quoniam ne contemplatio quidem sine actione est. *De Beata vita*, cap. 32.

39. Tria genera sunt vitæ, unum voluptati vacat, alterum contemplationi, alterum actioni. *Prosec.*

40. Nec ille qui voluptatem probat sine contemplatione est, nec ille qui contemplationi, sine voluptate est, nec ille cujus vita actioni destinata est sine contemplatione est.

41. Alterum sine altero non est; nec ille sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit. *Ibid.*

42. In duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri et actionem. *Prosec.*

43. Contemplationem institutio tradit, actionem admonitio; virtutem et exercet et ostendit recta actio. *Ep. 94.*

Vide etiam titulum. *Virtutum connexio in specie.*

CONTEMPTUS IN GENERE.

CASSIODOR. *Definitio.* Contemptus est abjecta vilitas. *Sup. Psalm. XLIII, vers. 15. Subsannationem et derisum his, etc.*

LUGO A S.

VICTORE.

Contemptus sæculi, est ex intuitu caducorum ratione inductus amor æternorum. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 15.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROSIIUS.

1. Quid præcelsius illo viro, qui contemptum habeat pecuniarum et velut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? *Lib. 2, de Offic.*, cap. 14.

2. Pecunie contemptus, justitiæ forma est. *Lib. 2, de Officiis*, cap. 27.

3. Si vere intelligatur contemptus iste rerum presentium, ad que tendat, et qualia concupiscat, nihil hujusmodi mentibus rectius, nihil invenitur electius. *Lib. 10, ep. 84, ad Demetriadem.*

4. Philosophia vera docet, et vere docet nihil omnino colendum esse, totumque contemni oportere quidquid mortibus oculis cernitur, quidquid mortalibus corporis ullus sensus attingit. *Lib. 1, Retract.*, cap. 1, et *lib. 1, contra Academ.*, cap. 1.

5. Qui minima contemnit, majora non credunt. *Ep. 3.*

6. Gloria ut acquiratur, contemnitur. *Ep. 32.*

7. Necessè est ut aliter quam oportet humana æstimet, qui divina contemnit. *Ep. 153.*

8. Omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere, contemnit. *Epist. 34, ad Paulinum.*

9. Christus per mala presentia docuit nos temperanter prospera sæculi hujus contemnere. *Ep. 83, ad Chrysinum.*

10. An dignum est, vel ferendum, cum contemnitur omnia, que amantur in mundo, et non contemnitur mundus? *Ep. 43, ad Armentarium.*

11. Vana sæculi hujus (si in experta concupiscentia) experta contemnas. *Ep. 82, ad Largum.*

12. Contemnere quod cum fructu contemnas, omnium est. *Serm. 26, de Verbis Apostoli.*

13. Omnia sensibilia sunt contemnenda. *De Morib. Eccles.*, cap. 20.

14. Per contemptum temporalium, et inferiorem, anima crescit in desiderium æternorum et supernorum. *De Spiritu et anima*, cap. 4.

15. Omnia bona terrena contempsit homo factus Dominus Christus, ut contemnenda monstraret. *De Catechizand. rudibus*, cap. 22.

16. Felices illi, et ipsi rari, qui perfunctoria mundi gaudia spernunt, ne cum pereunte deceptore, et ipsi perire cogantur. *Lib. Meditat.*, cap. 21.

17. Non parit gratiam copia mundi, sed contemptus. *In serm. de Convers. ad clericos*, cap. 22.

18. Avarus terrena esurit ut mendicis, fidelis contemnit ut Dominus; ille possidendo mendicat, iste contemnendo servat. *Serm. 21, sup. Cant.*

19. Elsi impium est contemnere matrem, tamen propter Christum pissimum est. *Epist. 104, ad Magistrum Guallermum de Calvo monte.*

20. Terrenas deserere sortes, et necdum obtinere celestem, afflictio intolerabilis, et inconsolabilis dolor est. *In Declamata.*

21. Exercitii spiritualis et cure cordis indicium evidens est, contemptus exteriorum. *Ibid.*

22. Cuncta spernit, cuncta despiciat, omnia sibi vilescunt, cui solus Christus dulcescit. *Serm. 9, de Cana Domini.*

23. Qui interna despiciat, præterita non respiciat.

S. BERNARD.

piet, presentia non inspicit, futura non prospicit. *Serm. de septem donis Spiritus sancti.*

S. BONAVENT. 24. Appetitus celestium parit contemptum terrestrium. *Expos. 2, sup. Psalm. cxviii, versic. 3.*

25. Quanto minus quis gloriam terrenorum aestimat, tanto magis caleat; et quanto magis eam caleat, tanto ad sublimiora surripitur, et ita tanto major efficitur. *Sup. Luc., cap. 34.*

26. Quantum Deus diligitur, tantum diabolus, caro, et mundus contemuntur. *Serm. 3 Dom. 17 post Pentec.*

27. Ut dignus coelis efficiar, deride presentia; ita et hic clarior eris, et futuris poteris bonis. In *Apolog. pauperum*, resp. 3, cap. 3.

28. Cetera evoluta viliscescat, ut Creator in corde dulcescat. In *Soliloq.*, cap. 2.

29. Non est minimum contemere minima. In *Speculo discipl.*, part. 4, *Prolog.*

S. CYPRIANUS. 30. Saepe contemptus venerationem venatur. *De jejuni. et tentat.*, cap. 1.

31. Odio debent esse quae seculi sunt, ut rebus celestibus totus impendatur affectus. *Sup. Psalm. cxviii, vers. Odi et omnem viam iniquitatis.*

S. FULGENT. 32. Frustra contemnis facultates tuas, si noxias jactantiae lenas in corde divitias. *Pros.*

33. Non enim illi soli peccant qui, pro divitiis quas habent, aliquam gestant in corde jactantiam; imo gravius delinquant, qui volunt jactantiam cordis de divinis habere contempnis.

34. Deus non quantitate contempe facultatis, sed qualitate voluntatis attendit. *Epist. 2, ad Gallam*, cap. 17.

GLOSS. INT. 35. Facile despiciat divitias qui non habet, difficile viles aestimat qui habet. *Sup. Job, cap. 12.*

S. GREG. MAG. 36. Quisquis perfecte terrena despiciat, vir est ex fortitudine. *Lib. 1, in 1 Reg., cap. 1.*

S. GREG. NAZ. 37. Contemptus est obnoxium, omne quod facile superatur. *Orat. 1, ad Nazianzenes.*

S. HIERONYM. 38. Non sunt contemnenda quasi parva, sine quibus magna constare non possunt. *Ep. 7, ad Lalam.*

39. Non est satis perfecto et consummato viro opes contemere, pecuniam dissipare, et projicere, quod in momento et perdi et inveniri potest; fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antisthenes, fecerunt plurimi, quos vilissimos fuisse legimus; plus debet discipulus Christi praestare, quam mundi Philosophus. *Ep. 26, ad Pammachium.*

40. Non laudis est possidere divitias, sed pro Christo eas contemere. *Prose.*

41. Non laudis est timere ad honores, sed pro Dei amore eos parvipendere. *Ep. 27, ad Eust.*

42. Facile contemnit omnia, qui se semper cogit

esse moriturum. *Epist. 1, ad Paulinum.*

43. Tu qui calcasti mundum, ut calcato eo gradum tibi quamdam ascendendi ad caelum faceres, mundi gloriam ne requiras. *Ep. 1, ad Demetriadem.*

44. Rarus est, qui dies parvos hujus saeculi despiciat, et regiam potestatem putet esse nihil, *Sup. Zachariam, lib. 1, cap. 4, in illud: Quis despicit dies parvos?*

45. Prae desiderio aeternorum, rejicienda sunt temporalia. *Sup. Genes., cap. 47.*

46. Vere divitias illi possident, qui eis dominantur contemnendo, et sub pedibus affectuum conciliando. *Sup. Prov., cap. 13.*

47. Contemptu ac privatione facultatum omnium, humilitas acquiritur. *Lib. 4, de Inst. renunciant.*, cap. 39.

48. Apostolos magnos, praecipue efficit verus, ac non simulatus gloriae atque pecuniae contemptus. *Hom. 47, sup. Math.*

49. Duo ad salutem necessaria sunt, saecularium rerum contemptus, et jugis vigilantia. *Ibid.*, hom. 48.

50. Majus est quam pecuniam contemere propeit sanguinis effusio. *Ibid.*, *Hom. 93, in illud 19: Si vis perfectus esse.*

51. Multo magis laboriosum est in securitate concupiscentias vincere, quam in periculo divitias posse contemere. *Hom. 32, Oper. imperf. super Math.*

52. Ille vero dives est, qui omnia presentia contemnit. *Hom. 80, sup. Joan.*

53. Si vis dilatar, contemne divitias. *Hom. 12, sup. II, ad Cor., in Morali.*

54. Gloria contemtor, vehementer sapiens est; novit enim res humanas. *Hom. 9, ad Coloss.*

55. Quidquid terroris habet mundus, contemno, quidquid delatibile habet, rideo; divitias non cupio, paupertatem non horresco, mortem non timeo. *Hom. de Expulsione ipsius.*

56. Contemne tua, si quae Dei sunt assequi cupis. *Hom. 10, sup. Ep. II, ad Timoth.*

57. Despice terram, ut celeste deripias regnum. *Ibid.*

58. Quaecumque in terris adquisieris, servilla sunt; si illa despicias, in regia eris illustris. *Ibid.*

59. Si ea ipsa despiciamus, Deus illa curabit; si ea nos curare velimus, ipse illa despiciet. *Ibid.*

60. Ostende te contemere quae parva sunt, et credam tibi de maximis; si vero nec ista, multo mundi hujus abdesce. *Hom. 3, sup. Epist. ad Hebraeos.*

HERGO CARD.

JOAN. CASS.

S. JOANNES CHRYSOST.

61. Contemne divitias, et eris locuples; contemne gloriam, et eris gloriosus. *Ibid.*, hom. 25, in *Moral.*

S. IERONIMUS HESALENS. 62. Semper aeterna quiete fruere, si te a strepitu terrenorum abstraxeris, si presentia despexeris, si calcaveris humana. *Lib. 2, de Synonymis*, cap. 17.

63. Contemne virens, quae post mortem habere non potes. *Ibid.*

64. Ea quae saeculi amatoribus chara sunt, sancti velut adversa contemunt. *Lib. 3, de Sum. bona*, cap. 16, sent. 1.

65. Cuncta temporalia quasi herbae virentes arescunt, et transeunt; ideoque pro aeternis rebus, quae nunquam arescunt, recte ista Dei servus contemnit, quia in eis stabilitatem non aspicit. *Ibid.*, sent. 6.

66. Fragilia contemnenda sunt, ut solida consequamur; spernenda terrena, ut caelestibus onemur. In *Epitom.*

67. Magni et excelsi animi est, despiciere et calcare mortalia. *Lib. 6, de Vere cultu*, cap. 12.

68. Contempnis omnium, quae a ceteris appetuntur, summa virtus est. *Ibid.*, cap. 17.

69. Nullus enim ad summum poterit, nisi quae sunt ima despererit. *Lib. 7, de Divino praecepto*, cap. 5.

70. Universos oportet, qui sapientes, qui homines merito dici volunt, fragilia contemere, terrena calcare, humilia despiciere; ut possint cum Deo beatissima necessitudine copulari. *Lib. de Ira*, cap. 23.

71. Contemnenda est pecunia, et ad caelestes transferenda thesaurus. In *Epitom. divinar. Inst.*, verbo *Dixi*.

S. LAURENTIUS JUSTIN. 72. Divitiarum contemptus est perfectionis via, caeli scala, receptaculum pacis, Christi imitatio, spes future felicitatis, spirituale gaudium, thesaurus invisus, impraeclabilis gemma, pretiosa margarita. *Part. 2, de Regimine praelat.*, cap. 8.

S. NILUS. 73. Oportet incorruptibilem desiderio flagrantem, pro nihilo ducere corruptioni obnoxia. *Parvanesi*, 140.

PETRUS BLESSENS. 74. Honorabilior est in vobis contemptus honoris, quam illius adeptio; acquisivisse enim, fortunam fuit; fortitudinis, contempsisse. *Ep. 93, ad Guillelm. Albert.*

75. Insignis virtutum titulus est, triumphare de saeculi pompa, mundique divitiis conculeatis, se in paupertate sola divitem reputare. *Ibid.*

76. Pauper et justus contemnit divitias, et nihil ei delicit, quia sufficit ei Deus. *Ibid.*

77. Gloriosum donum Dei est, divitias et delicias mundi hujus abdesce. *Ibid.*, ep. 137, ad *Alexandr. de Albano.*

78. Sub temporalium contemptu, cupiditas saepe intensior latet: ignis enim dum tegitur, plerumque vehementer ardet. *Ibid.*

79. Cui offertur portio in terra viventium, contemnenda est possessio terrenorum. *Tract. de Hierosolym. peregrinatione.*

80. Contemne haec omnia, quia omnia sunt s. PETR. DAM. contemnenda; et de his omnibus fac farcinam tuam, contemptum mundi. *Serm. 89, de S. Nicolao.*

81. Sordet Christicolis rutilans facta moneta. Effigies sordet argenti amba-mata et omnis, Thesaurus migrante oculis vilis est honore. **PRUDENTIUS.**

(In *Psychomachia, de Avaritia et largitatis pugna*, vers. 73.)

82. Nemo ignota contemnit, nec ullus potest despiciere quod nescit. *Lib. 4, de Gubernat. Dei.*

83. Illi qui contemunt honores, hoc modo quod pro eis adipiscendis nil inconveniens faciunt, nec eos nimis appetantur, laudabiles sunt. *Prose.*

84. Si quis autem hoc modo contemneret honores quod non curaret facere ea, quae sunt honore digna, hoc vituperabile est, 2, 2, quest. 129, art. 1.

85. Quanto aliquid magis naturaliter amat, tanto perfectius contemnitur propter Christum. *Opuscul. de Perfect. vita spiritali*, cap. 10.

86. Amans Deum anima, sub Deo despiciat universa. *Lib. 2, de Imit. Christi*, cap. 5.

87. Debet contemere, cui est animus caelestis, terrena possidere. *Hom. 2, de Arcta vita.* **THOMAS A KEMPIS.**

S. VALERIAN.

SENTENTIA PAGANORUM.

88. Contemere omnes libidines, non auri, non argenti, non caeterarum rerum indigere, hoc regium esse conliceor. *Orat. 25, pro Sylla.*

89. Nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemere. *Lib. 1, Offic.*

90. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos, tenuis victus cultusque delectat. *Prose.*

91. Honores vero, quorum cupiditate quidam inflantur, multi ita contemunt, ut nihil minus, nihilque esse levius existimant.

92. Itemque caetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt, qui pro nihilo putant. *De amicit.*

93. Nunquam merebuntur, neque pecunias, neque beata magnifica, neque opes, neque imperia, neque voluptates, in bonis rebus expectendis esse duxi. *De Paradoxis*, cap. 2.

94. Contemnenda sunt humanae res, atque despicienda mors est. *Lib. 4, Tuscul. quest.*

95. Vetus Philosophus, quae ad corporis cultum spectant, contemnit. In *Dialogo Phaedonis.* **PLATO.**

- SENeca. 96. Contemneré omnia aliquid potest, omnia habere nemo potest. Epist. 62.
97. Brevisima ad divitias per contemptum divitiarum via est. *Ibid.*
98. Verus contemptor omnium nec ad pecuniam respicit, aurum argentumque non aestimat, quæ averfunt a celo. Ep. 92.
99. Perit libertas, nisi illa contemnimus, quæ nobis jugum imponunt. Ep. 85.
100. Magni animi est, magna contemneré. Ep. 39.
101. Nemo alius Deo dignus, quam qui opes contempsit. Ep. 18.
102. Supervacua contemneré non est virtus, sed cum contempseris necessaria. Epist. 110.
103. Nihil magnum, nisi magno animo despicias. *De Morib.*
104. Summum bonum est animus fortuita despiciens. *De Beata vita*, cap. 4.
105. Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. In suis *Proverb.*
106. Sunt multi qui plurimum verbis, non re contemunt, sed ipsa quæ spernunt, clam furantur. In suis *Prose.*
- SIXT. PHILOS. 107. Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magnipendas. Sent. 289.
108. Sapiens vir, et pecunie contemptor, similis est Deo. *Ibid.*, sent. 15.
Vide etiam titul. *Magnus*, sent. 84, 88; *Mundus*, sent. 27; *Pecunia*, sent. 21; *Proprietas*, sent. 22; *Relinqueré*, per lotum. *Renuntiatio*, per totum. *Temporale*, sent. 7, 87, 88, 97.

CONTEMPTUS SUI.

- COLLECTOR. *Definitio.* Contemptus sui est virtus, qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit.
Comparatio. Sicut superbus in honoribus, et dives in divitiis latatur; sic verus humilis in contemptu suiipsius delectatur. In *Hortulo rosarum*, cap. 8, sect. 1.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. ANTONIUS DE PADUA. 1. Vere conteritur, qui se terram agnoscit. *Serm. Dom. 22, post Trinit.*
S. AUGUSTIN. 2. Non fiet quisque qualis cupit esse, nisi se oderit qualis est. *De vera relig.*, cap. 48.
3. Majus est contemneré seipsum, quam mundum, quem multi propter vanitatem contempserunt. *De Spiritu et anima*, cap. 3.
4. Timor de supplicis, et dolor de peccatis faciunt contemptum mundi, et sui. *Ibid.*
5. Esto parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. *Prosec.*
6. Tanto eris apud Deum pretiosior, quanto

- fuertis ante oculos tuos despectior. *Serm. 70, ad Fratres in eremo.*
7. Mirabilem te apparere, et contemplabilem reputare; hoc ego ipsis virtutibus mirabilis iudico. *Serm. 13, super Cant.*
8. Verus humilis, vilis vult reputari, et gaudet de contemptu sui. *Ibid.*, *serm. 16.*
9. Non est periculum quantumcumque te reputes minorem, quam sis: est autem grande malum horrendumque periculum, si vel modice plus te extollas, si vel uni te prefers. *Ibid.*, *serm. 37.*
10. Beate animæ, quibus vilitas sublimitas, contumelia gloria. *De præcepto et dispensat.*
11. Plerique in domo Dei non patiuntur haberi contempti, qui in sua domo, non nisi contemptibiles esse poterunt, quod perversum est. *Hom. 4, sup. Misus.*
12. Virtus vera est recta facere, et inutillem se reputare. Ep. 152, *ad Monachos Alpenses.*
13. Qui sibi vilis est, ante Deum magnus est; qua sibi displicet, Deo placet. *Serm. 32, Ad sororem.*
14. Vere ille est felix, et æterna felicitate dignus, qui seipsum despicit, qui displicet sibi, ut placeat Creatori suo. *Serm. 15, de Cæna Domini.*
15. Quanto sapiens plus proficit, tanto plus se despicit. *Serm. 17, in Hexam.*
16. Certe in operibus humanis, nullum majus reputo, nec difficilius cognosco, et ad altissimum gradum mihi pervenisse videtur, quam qui ex corde et animo vero, non ficto, nolit aliquid reputari, sed sperni ut abjectus et vilis. In *Medit. vite Christi*, cap. 15.
17. Ama nesciri, et pro nihilo reputari, hoc tibi salubrius et utilius, quam laudari ab hominibus. In *Alphabeta Religiosor.*, lect. 1.
18. A contemptu suiipsius, incipit vita boni Religiosi. *Ibid.*, lect. 22.
19. Ipse Domino placet, qui sibi displicet: quia cum nos volumus laudare, mendacium. *Sup. Psalm. xxxi, vers. 2.*
20. Religiosa persona non debet constriari, si viderit se non reputari. *De Profectu spirit.*, art. 7.
21. Nullum despicias, nisi teipsum. *De Perfect. charit.*, art. 47.
22. Reputa te nullius esse valoris. *Ibid.*
23. Seipsum semper vilipendere, humilitatis proprium est. *Doctrina 9, de Mendacio.*
24. Currere sua sponte ad vilia exercitia, nullus profectus est, quin potius inanis est gloria. *Prosec.*

DIONYSIUS CARTUSI.

S. DOROTE.

25. Sed cum tibi aliquid vile præcipitur, neque tu contradicas, tunc fit hoc ad profectum, et hoc est contemptum suiipsius habere. *Ibid.*, *doctrina 21, respons. 4.*
26. Contemne teipsum, non alium; teipsum injuria officæ, non alium. *Ibid.*, *doctrina 24.*
S. FRANCISCUS ASSISIENSIS. 27. Beatus ille servus, qui non tenet se meliorem, quando tenetur vilis, simplex et despectus. In *Admonit. suis ad fratres*, cap. 19.
28. Ibi est nostrum lucrum, ubi vituperamur et vilipendimur. *Apophthegm. 51.*
GLOSS. ORD. 29. Qui voluit esse omnium novissimus, justum est ut sit omnium primus. *Sup. Josue*, cap. 19.
GLOSS. INT. 30. Verus contemptor sui auget despectionem, ut se humiliorem præbeat. *Sup. Job*, cap. 2.
GLOSS. ORDIN. 31. Stulti esse apud vos discite, ut in Deo vere esse sapientes valeatis. *Ibid.*, cap. 17.
32. Laudabile est apud Deum, ut non ipsos existimemus ut jumenta; et contra criminisum est, ut jumentum haberi apud dæmonem. *Sup. Psalm. lxxvii.*
S. GREG. MAG. 33. Tanto præ amore virtutis despectior fuerit unaqueque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto præ amore virtutis despectior fuerit ante oculos suos. *Lib. 18 Moral.*, cap. 20, super illud *Job 28: Omne pretiosum vidit.*
34. Tanto fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi; tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vilior sibi. *Ibid.*
35. Tanto quisque amplius intus stultus fit, quanto conatur exterius sapiens videri. *Ibid.*, cap. 25.
36. Sicut superbi honoribus, sic plerumque humiles sua despectione gratulantur. *Lib. 1. Dialogi, cap. 4.*
37. In sanctis se despiciet, qui in peccatis oculis se confitemur. *Hom. 7, sup. Evang.*
38. Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed magis mihi es, factus es despectus. *Lib. 18. Moral.*, cap. 20.
39. Viti sancti unde se destructores aestimant, in completiores ad celestis patrie constructionem surgunt. *Lib. 5. Moral.*, cap. 4.
40. Electi quanto se exterius affligendo despiciunt, tanto se verius intus componunt. *Lib. 53. Moral.*, cap. 14.
41. Elegit Deus quos mundus despicit; quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. *Homil. 36, super Evang.*
S. HIERON. 42. Qui sui in carne contemptor est, perpetue incedit orator. *Ep. 3, ad Heliodorum.*
ECCO CARD. 43. Qui non fuerit minimus reputatione sui, non maximus coram Dei majestate. *Sup. Job, c. 7.*
44. Qui contemni se, contemnit, imo gaudet, verba detractoris non curat. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 7.
45. Spernere sese, spernere nullum, spernere mundum, Spernere se sperni, quatuor hæc dona superæ. *Sup. Isaiam*, cap. 33.
46. Qui seipsum spernere mundum, spernere nullum, spernere sese, non se reputet esse abjectum a Deo, et despectum. *Super II, ad Cor.*, cap. 8.
S. JOHANNES CHRYSOST. 47. Nihil ita est amicum Deo; quam si quis se cum minimis annumeret; hoc est enim caput totius Philosophiæ atque fastigium. *Hom. 3, sup. Math.*
48. Qui nihil se existimat esse, in inferiori consistens, quantum ad se sollicitus est de se; qui autem sollicitus est, timet; qui timet, circumspicit semetipsum, et se non sinit duci a diabolo. *Homil. 5 Operis imperfecti, super Math.*
49. Sperni apud vulgus, ridiculum est; at sancti eo gloriantur. *Super Epist. ad Galat.*, cap. 6, in illud: *Mihi vero abisti gloriari.*
50. Nolimus extolli, sed et nos dicamus inutilis, ut utiles efficiamur. *Prosec.*
51. Nam si te dixeris probabilem, licet probabilis existas, inutilis factus es; si vero te nominaveris inutilem, factus es utilis. *Licet sis improbandus. Homil. 38, ad Populum Antiochenum.*
52. Plurimi nos ipsos peccatores dicimus, et s. JOAN. CLIM. fortasse ita existimamus, ignominia vero hoc probat. *Gradu 25.*
53. Existe vilis, existe abjectus, existe despectus. *ISTID. HISP.* Lib. 2, *de Synonym.*, cap. 5.
54. Magna apud Deum refulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit. *Prosec.*
55. Nam revera necesse est ut quem mundus contemnit, diligatur a Deo. *Lib. 3, de Summo bono*, cap. 16, sent. 3.
56. Pulvis es, et in pulvere sede; cinis es, et cinere vive. *Habetur apud Bedam, in suis Scintillis*, cap. 4.
57. In hac peregrinatione via tutissima, per s. LAUR. JUST. quam ad patriam supernam pergitur, est contemptus sui. *Part. 2, de Regimine vitæ*, cap. 1.
58. Qui vere humilis est, magis optat vilis et abjectus haberi, quam sanctus. In *Canone vite spirit.*, cap. 8.
59. Optatus tibi sit contemni, quam laudari. In *Speculo spirituali*, cap. 2.
60. Te omnium vilissimum esse reputes, indignumque iudices quem terra sustinet. In *Brevi regula tyronis*, verbo *Infra*.
61. Anima que vere Deum colit, etiamsi infinita justitiæ opera ediderit, ita se habet ac si nihil egisset. *Hom. 10.*
S. MACAR. 62. Qui humiliter et abjecte de se sentit, Christi

S. NILUS.

discipulus est. Orat. 8, de Superbia.

63. Beatus Monachus, qui se omnium peripsema, idest, abjectissimum reputat. *Ibid.*, de Oratione, cap. 143.

PETRUS BLES. 64. Non potes vere esse humilis, si propriam excellentiam non contemnis. Epist. 132, ad quemdam Abbat.

65. Abjectio sui ad coarctationem pertinet. *Ibid.*, Confessione sacramentali.

66. Ut servum te reputes humilem et abjectum, non sit tibi desecori humilitas, quae decuit Filium Dei. *Ibid.*, tract. de Instit. Episcopi.

S. PETRUS MAURITIUS CLUN. 67. Omnia te inferiorem, et viliozem, non solum lingua pronuntias, sed etiam intimo cordis affectu. Lib. 1, ep. 29, ad Gisbert.

PHILO JUD. 68. Qui seipsum valde cognoscit, valde contemnit; qui autem seipsum spernit, cum qui est cognoscit. Lib. de Somnis.

RICH. A. SANC. TO VICT. 69. Primum transitum ad virtutem facit contemptus mundi, secundum transitum efficit contemptus sui. Part. 1, tract. 4, de Exterminat. mali, cap. 6.

70. Durum, difficile, grande est, seipsum plene despiciere; hic labor, hic gemitus. *Ibid.*, cap. 12.

71. Mentis vilitas tanto pretiosior est, quanto de fonte amoris et fervoris radice procedit. Part. 2, super Cantica, cap. 44.

72. Humilis est, qui seipsum apud semetipsum veraciter contemnit; humilior, qui se contemnit etiam ab aliis non refugit; humillimus vero, qui contemptum suum non solum contemnit, sed et admodum concupiscit. Part. 1, lib. 2, de Erudit. hominis interioris, cap. 32.

THOMAS A KEMPIS. 73. Mundi gloriam spernens, et seipsum nihil reputans, ad exteriora est rarus, ad interiora assiduis, ad terrena frigidus, ad caelestia fervidus. Serm. 8, ad novit., divis. 4, part. 1.

74. Vis habere pacem et tranquillitatem cordis, et gratiam Christi et amicitiam Angelorum promereri? contemne teipsum propter Christum. *Ibid.*, serm. 13, divis. 4.

75. Nil sic reconciliat, nil sic Deum placat, sicut purus amor Dei, et contemptus sui. Medit. 9, de Nativit., cap. 6.

76. Contemptus sui, ineffabilis libertas; contemptus sui salutis indicium; et qui a contemptu sui incipit, in amore Jesu perficetur. Medit. 17, de amore Jesu, cap. 1.

77. Qui bene seipsum cognoscit, sibiipsi vilis est. Lib. 1, de Imit. Christi, cap. 2.

78. Si vis utiliter aliquid scire et discere, ama noscitur, et pro nihilo reputari. *Ibid.*, cap. 2, sect. 3.

79. Haec est altissima et utilissima lectio, suis ipsius vera despectio. *Ibid.*, capitul. 2, sect. 4.

80. De seipso nihil tenere, et de aliis semper bene et alte sentire; magna sapientia est et perfectio. *Ibid.*

81. Quanto perfectius infimis quis renuntiat, et magis sibiipsi per contemptum sui moritur, tanto gratia clarior venit, copiosius intrat et altius liberum cor elevat. Lib. 4, de Imit. Christi, cap. 13, sect. 5.

82. Magnus coram Deo est, qui ex vera humilitate se spernit, et subternit. In Valle titiorum, cap. 4, sect. 2.

83. Neminem tantum diabolus timet et refugit, quantum humilem semetipsum despicientem. De Disciplina claustrali, capitul. 2, sect. 6.

84. Utilior est homini contemptus sui, quam favor laudis inanis. De Recognit. propria fragilit., cap. 9.

SENTENTIA PAGANORUM.

85. Nihil est quod tam obtundat, cleveque agritudinem animi, quam in omni vita cogitatio se nihil esse. Lib. 3, Tuscul. quest.

86. Si quid proficere vis, non recusa quominus ob res externas amens, et salus habearis. In suo Enchirid., cap. 18.

87. Nihil est cuique homini se vilius. Ep. 42.

88. Contemptus corporis sui, certa libertas est. Ep. 65.

89. Ad cetera contemnenda a contemptu sui quisque venit. Ep. 66.

90. Ut sis beatus, te stultum videri sine. Ep. 71.

91. Si vis beatus esse, si fide bona vir bonus, sine contemnat aliquis. *Ibid.*

92. Nondum es felix, si te turba non deriserit. De moribus.

93. Si vis felix esse, cogita hoc primum, contemnere et contemni. *Ibid.*

94. Contemni est levius, quam stultitia perenti. In suis Proverb.

Vide etiam tit. Renuntiatio sui.

CONTENTIO.

Etimologia. Contentio dicitur quasi contraten-sio, et tendere quasi contra tendere.

Definitio. Contendere, est contra aliquem tendere, 2, 2, quest. 38, art. 1.

Divisio. Contentio alia venialis est, ut illa discipulorum; alia inquisitionis, quae fit causa inquirendae veritatis, alia damnabilis est. Super Epist. B. Pauli ad Romanos, in illud: *Hic autem qui sunt ex contentione.*

Contentio triplex est vitanda: disputatoria, litigatoria, ostentatoria. Cap. 10, super Proverb.

Productio. Septima et ultima filia inanis glo-

S. ANTONIN. rio, est contentio. Part. 1, titul. 4, de Inani gloria, cap. 9.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Absit pertinax in familiari sermone contentio; questiones enim magis excitare inanes, quam utilitates aliquid afferre solent. Lib. 1, Offic., cap. 22.

S. ANSELMUS ET S. HIERONYM. 2. Contentio est, ubi non ratione, sed animi pertinacia defenditur; et ubi non veritas quaeritur, sed animositas fatigatur. Super Epist. ad Galat., cap. 6; in illud: *Contentiones, amulationes, etc.* S. Hieronymus, super Ep. ad Rom. c. 1.

S. ANTONIN. 3. Contentio etiam de dignitatibus, vel locis honorabilioribus, vanum est et periculosum. Part. 2, tit. 4, cap. 9, § 2.

4. Vitandae sunt contentiones inutiles, quae instigantur opere diaboli, qui summe displicet concordia hominum. *Ibid.*

5. Magnanimus non est contentiosus, quia nihil aestimat magnam; nullus enim contendit, nisi pro re quam aestimat magnam. Part. 2, tit. 4, cap. 1, § 3.

6. Qui rixatur cum altero, intendit superare, et ipse saepe superatur, et percutitur. Part. 2, tit. 7, de Ira, cap. 7, § 2.

S. AUGUSTIN. 7. Auler hitem et revoca pacem; ne tibi peccet homo amicus, et de vobis gaudeat diabolus inimicus. Epist. 75, ad Auxilium episcopo.

8. In multis solent latebras suae male defensionis inquirere, qui contentiones sunt cupidiores, quam veritatis. Epist. 174, ad Pascenium.

9. Quid contentiosus est, quam ubi de re constat, certare de nomine? *Ibid.*

10. Cavendata est ne tempestate contentiosis, serenitas charitatis obnubilatur. Ep. 86, ad Casulanum.

11. Desine quisquis contentioni studes, expedit potius veris vinci, quam vineore vera per falsa; perdere est enim, non vincere. Ex Quaest. Veteris et Novi Testamenti, quest. 109.

12. Initium summae difficultatis est contentio. De Vera relig., cap. 51.

13. Interminabilis est contentio generans lites, non finiens questiones. Ep. 86, ad Casulanum.

S. BERNARD. 14. Qui per loca periculosa vadit, cito cadit; sic ille qui quotidie cum proximis suis contendit, cito in scandalum cadit. Serm. 17, Ad sororem.

15. Contentio lites parit, contentio pacem cordis extinguit, contentio rixas gignit, contentio iurgia seminat, contentio faeces odiorum accendit, contentio concordiam rumpit, contentio conturbat oculos mentis. *Ibid.*

16. Ubi rixae et contentiones, non potest esse perfecta Religio. *Ibid.*

17. Lingua contentiosa, si frenum non habeat, nullus homo cum ea in pace vivere poterit. *Ibid.*

18. Rixosa lingua, veneno plena est. *Ibid.*

19. Rixa est inter competitores. Lib. 3, Phare-s. BONAVENT. Irr., cap. 3, de Contentione.

20. Cum Prelato contendere, nefas est; et execranda in subito irreverentiae turpitudine. In Speculo discipuli, part. 1, cap. 6.

21. Indignum est servis Dei. muliercularum more contendere. *Ibid.*, cap. 20.

22. Si resistente incidunt verba, cedendum continuo resistenti. *Ibid.*

23. Inter Dei servos collatio, non altercatio esse debet. *Ibid.*

24. Reus est, qui temerario dissidentiae verbo conscientiam percutit infirmorum. *Ibid.*

25. Non debet contenti, quod non licet amari. De duodecim abusiv., cap. 7.

26. Interdum de rebus parvissimis excitamur, et pro vilium rerum appetitu vilissimas contentiones movemus. Homil. 5, ad Monachos.

27. Elaborate potius inter vos contentione laudabili, ac emulatione meliori, ut certis quis vestrum in opera Dei sit promptior. Prose.

28. Quis in oratione ferventior, in lectione sollicitior, in castitate purior, in sobrietate paucior.

29. Quis sit lacrymarum largitate profusior, in corpore honestior, in corde sincerior?

30. Quis in ira mitior, in mansuetudine moderatior, in risu rarior?

31. Quis in compunctione ardentior, in gravitate fundatior, in charitate sit jucundior. *Ibid.*, hom. 9.

32. Ubi contentio, ibi nil leno, nil compositum, nil ordinatum, sed totum horridum. Serm. 29, super Cant.

33. Catholici et haeretici perpetuo contentio est, quia dispar intentio; alter enim falsitatem, alter defendit veritatem. Super Beuleron., cap. 28, in illud: *Et unus contra alterum.*

34. Cum Deo contendere est, non ei tribuere, sed tibi gloriam suae virtutis arrogare. Lib. 9, Moral., cap. 2.

35. Nullus unquam contentionibus finis imponitur, si impleri ea quae iudicata fuerint, differantur. Lib. 9, in Registro, indict. 4, cap. 47, ep. 46, ad Donum episc. Massanensem.

36. Sic de exterioribus (si quando contentio vertitur) examen veniat, quatenus mentem caritas non relinquit. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 129, epist. 128, ad Martinum episcopum Saonitum.

37. Culpabiliores esse solent hi, qui in contentione inchoant, quam qui respondent. Lib. 26, Moral., cap. 2.

CICERO.

EPICURUS.

SENECA.

COLLECTOR.

S. THOMAS AQUINAS.

RUGO A. S. VICTOR.

RUGO CARD.

S. CYPRIAN.

S. FUSEBIUS EMISSEN.

GILLEBERTUS ANGLIS.

GLOSS. ORD.

S. GREG. MAG.

38. Jurgantium controversias celeri sententia terminare, et equitati procul dubio convenit, et vigori. Lib. 2, in Registro, indict. 10, cap. 28, ep. 28, ad Juan. Ravennatem.

S. HIERONYM. 39. Ars proprie litigantium non ratione, sed stomacho contentio est. Super Epist. ad Titum, cap. 3, sup. illud Proverb. 8: *Invenunt pacem.*

40. Quid debet facere Christianus, nisi omnino fugere contentionem? *Ibid.*

41. Solent in contentione talia opponi, elimato malevolentia argumento, ut moveant animos insipientium fratrum. *Prosec.*

42. Non potest esse quin contentio extorqueat aliquid, quod dicatur contra conscientiam, ut in tus in animo perdat, et foris victor accedat; nemo enim patitur se vinci, licet sciat vera esse quae audit.

43. Collatio ergo inter Dei servos esse debet, non alteratio. Super II, ad Tim., cap. 2, in illud: *Noli verbis contendere.*

44. Contentio nihil potest, nisi subvertere. *Ibid.* super illud: *Noli verbis contendere.*

HUGO A. S. VICTORE. 45. Qui amant litem, destruunt unitatem. Lib. 2, de *Claustro animae*, cap. 21.

46. Intolerabilis haec abusio, ut ibi litiges, ubi teipsum accusare debes. *Ibid.*

47. Quare in loco remissionis, inducis litem contradictionis? *Ibid.*

HUGO CARD. 48. Contendere cum majore est periculosum, cum pare ambiguum, cum minore inhonestum, cum nullo securum. Sup. *Ecclesiasticae*, cap. 8.

S. JOHANNES CHRYSOSTOM. 49. Nihil pace praestantius, nihil contentione damnosius et gravius. Rom. 36, sup. *Gen.*

50. Inter bellatores nascitur de virtute contentio. Homil. 43, *Operis imperf. sup. Matth.*

51. Rerum contentio, multas inducit lites. Hom. 51, *Ad populum Antiochenum.*

52. Contentiosorum crimen quadruplex est: unum, nescire injuriam perferre; alterum, inferre; tertium, injustis de his iudicium permittere; quartum, injuria afflicere fratrem. Homil. 16, super *Epist. ad Rom.*

S. ISID. EPISC. 52 bis. Fuge rixas, vita lites, cave contentiones, tolle occasionem litis, vive semper sine contentione. *Prosec.*

53. In nulla causa contentas, in nulla actione decertare studeas.

54. Contentio enim contradictionem exigit, contentio lites parat, contentio rixas gignit, contentio facies odiorum accendit.

55. Pacem bonam contentio extinguit, concordiam contentio rumpit. Lib. 2, de *Synonym.*, c. 8.

56. Sicut instruere solet collatio, ita contentio destruit. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 14; sent. 4.

57. Contentio relicto sensu veritatis lites gene-

rat et pugnando veritas, etiam in Deum blasphemiam ingerit. *Prosec.*

58. Inde et haereses, et schismata, quibus subvertitur fides, veritas corrumpitur, scinditur caritas. *Ibid.*

59. Contentiosorum studium non pro veritate, sed pro appetitu laudis certat; tantaque est in his perversitas, ut veritati cedere nesciant, ipsamque rectam doctrinam evacuaere contendant. *Ibid.*, cap. 14, sent. 5.

60. De dignitate contendere nihil foedius, nihil arrogantius, et nihil a sapientis ratione remotius. Lib. 5, de *Justitia*, cap. 16.

61. Pessimum malum est contentioni vacare, per quam amicitiarum compago dissolvitur, et animorum dulce vinculum dissipatur. Part. 1 de *Discipl. Monast. conversal.*, cap. 13.

62. Qui contentiosus existit, antiqui hostis in se immisiones admittit, diaboli ministerium operatur, dirumpit pacem, rixas concitat, parit odium, furorē nutrit, denigrat honestatem, sapientiam perdit, rationem confundit, oculum mentis obrubit, gratiae lumen repellit, fraternam dilectionem frangit, coelestem in se occidit caritatem. *Ibid.*

63. Qui a contentionibus linguam cohibet, humilitatis amator est; contentiosus vero elatione et superbia se plenum esse confitetur. *Ibid.*

64. Jubet Christus, ne litigemus; quis jubenti obtemperat? *Prosec.*

65. Nec solum jubet, sed in tantum hoc jubet, ut ea ipsa nos, de quibus lis est, relinquere jubet dummodo litibus extuamur. Lib. 3, de *Cubernat. Dei.*

66. Falluntur profecto qui putant nihil esse ferro fortius, nihil veneno violentius; quamvis autem ista in perficiendis mortibus habeant peculiare naturae beneficium, cedunt tamen in contentione verborum. Homil. 5, de *Oris incoelentia.*

67. Ipse sibi injuriam facit, qui litigiosi hominis verba custodit. *Ibid.*, hom. 12.

68. Plena victoria est ad clamantem tacere; et non respondere provocanti. *Prosec.*

69. Ubi verba verbis succedunt, incendio fomenta praestantur.

70. Sicut nihil est deformius respondere furiosis, ita nihil utilius tacere provocatis. *Ibid.*

71. Solet insanabilis inimicitia ex contentione descendere. *Ibid.*

72. Difficile sine periculo transit, qui adversus sublimiorem potestatem causa dimicationis contendit. *Ibid.*, homil. 14, de *Bono humilitatis.*

73. Vir humilis in contentionibus magis vult tacere, quam vincere. *Ibid.*

S. LAURENT. JUSTIN.

SALVIANUS.

S. VALENTIN.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTELES. 74. Minores ut flant aequales, seditionem faciunt; aequales vero, ut flant majores. S. Politicor.

CICERO. 75. Neque tutius, neque honestius reperies quiddam, quam ab omni contentione abesse. Lib. 10, ep. 9.

76. Nihil perniciosius quam effusa sine intermissione contentio. Lib. 3, de *Oratore.*

77. Cedit statim simulata ab altera parte deserta, nisi par non gignat; si utrimque concurrat, ille est melior, qui prior pedem reulit; victus est, qui vicit. Lib. 2, de *Ira*, c. 34.

78. Quoties contentio longior, et pugnacior erit; in prima resistamus, antequam robur accipiat. *Prosec.*

79. Alit seipsam contentio, demissos altius enet.

80. Facilius est se ab hoc certamine abstinere, quam abducere. *Ibid.*, lib. 3, cap. 8.

81. Vir bonus in dissensione vinci, quam vincere mavult. Lib. 4, de *Benefic.*, cap. 32.

82. Absentem laedit, cum ebrio qui litigat. In suis *Proverb.*

83. Cum pare contendere, anceps est; cum superiore, furiosum; cum inferiore, sordidum. Lib. 2, de *Ira*, cap. 34.

Vide etiam titulos, *Discordia, Disputatio*, per totum.

CONTINENTIA.

S. ANTONINUS. *Definitio.* Continentia, est animus invictus a delectatione. Parte 4, tit. 4, de *Temperantia*, cap. 2.

CLEMENS ALEX. Continentia est corporis despicientia convenienter pacis conventis cum Deo iniis. Lib. 3, *Stromat.*

DIONYSIUS CARTHUS. Continentia est refrenatio voluptatis laboriosa. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 5.

S. EPHREM. Vere continens censetur ille qui, coelestium et immortalium honorum desiderio incensus, in eis quae tota mente defixus, cunctas voluptates carnis aversatur, libidinesque ut umbram despicit, neque ullo feminarum aspectu aut corporis forma delectatur. De *Continentia.*

S. HIERONYM. Continentia est virtus, quae dissoluta conjungit et scissa conglutinat. Ep. 23, ad *Evagrium.*

GRICH. A. SANCITO VICT. Continentia est per quam carnalium affectuum impetus consilii moderamine refrenantur. De *fructibus carnis et spiritus*, cap. 16.

S. JOAN. CLIM. Continens est qui in medio tentationum et laqueorum versatur, moresque tranquillos turbis, ac tumultibus liberos viribus; omnibus imitari Christum, et assequi contendit. Gradu 1.

Continentia est temperantia moderativa concupiscentiae interioris. Parte 4, de *Descript. terminor.*, cap. *Temperantia.*

Continentia est amor Deo sese integrum in corruptumque servans. Parte 1, de *Ligno vitae*, tract. 2, de *Continentia*, cap. 1.

Continentia est nihil appetere poenitentium, nullo moderationis legem excedere, et sub jugo rationis cupiditatem domare. *Ibid.*

Continentia est per edomitas vitiorum furias, munda et honesta corporis habitudo. *Ibid.*

Ille solus vere continens dicitur, qui tenet se in eo quod est secundum rationem rectam, non autem in eo quod est secundum rationem perversam. Secunda secunda, quaest. 155, art. 1.

Proprie et vere continens est, qui persistit in ratione recta, abstinens a concupiscentiis pravis; non autem qui persistit in ratione perversa, abstinens a concupiscentiis bonis. *Ibid.*

Continentia est abstinentia, quae se prohibet homo a coitu, et ab omnibus illecebris. Super *Ep. ad Galat.*, cap. 5.

Continentia est virtus, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. Lib. 2, de *Invent. rhetor.*

Continens est qui, reluctantes rationi rectae, partes animae superat, de *Definit.*

Incontinentia est habitus cogens praeter rectam rationem ad ea quae jucunda esse videntur. *Ibid.* *Differentia.* Continentia et castitas distinguuntur; quoniam continens sustinet concupiscentias fortes, sed non vincitur; castas vero nec sustinet eas, unde nec superatur. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 5.

Inter modestiam et continentiam hoc interest, quod modestia in viris perfectis est, consummatque virtutis; continentia vero in via quidem virtutis est, sed necium pervenit ad calcem. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*, cap. 5, in illud: *Fructus spiritus est pax.*

Hoc inter continentiam, et castitatem distat; quia continentia potest esse conjugatorum, viduarum, atque virginum; castitas vero proprie virginum est. Sup. *Ep. ad Galat.*, cap. 5.

SENTENTIA PATRUM.

1. O amor! qui semper ardes, et nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me; continentiam jubes, da quod jubes, et jube quod vis. Lib. 10, *Confess.* cap. 29.

2. Ibi ponenda est continentia, ubi tacentium loquitur conscientia. De *continentia*, cap. 1.

3. Bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia vidualis. De *Bono vidualis*, cap. 5.

JOAN. GERS.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. THOMAS AQUINAS.

S. REMIGIUS.

CICERO.

PLATO.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. HIERONYM.

S. REMIGIUS.

S. AUGUSTIN.

4. In conjugali vinculo si pudicitia conservatur, damnatio non timetur, sed in viduali et virginali continentia, excellentia numeris amplioris expeditur, qua expedita et electa, et voti debito oblata, jam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. *Ibid.*, cap. 9.

5. Majus bonum est obedientia, quam continentia. *De Bono conjugali*, cap. 23.

6. Bene utitur bono, continentiam dedicans Deo; male utitur bono continentiam dedicans idolo. Lib. 1, de *Peccator, meritis et remissione*, cap. 29.

7. Carnalis concupiscentia laudabilis continentiae virtute frenatur, quam fructibus impenditur nuptiarum; tam magnum est enim malum ejus, ut eo non uti, quam bene uti sit melius. Lib. 4, *contra Julian*, cap. 7.

8. Superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipso, in quo se extollant, humilientur. *Prose*.

9. Quid prodest cui inest continentia, si dominatur superbia? Ser. 33, de *Verbis Domini*.

10. In refrenandis libidinibus, et coercendis voluptatibus, ne seducat quod male blanditur, et enervet quod prosperum dicitur, continentia opus est. Ser. 4, *boni*, 23, post *Trin*.

11. Continentia non in sola integritate carnis consistit, sed etiam in culta et ornata, vita pariter et moribus consistit. Ser. 2, *boni*, 24, post *Teinit*.

12. Non decet christianum saeculi lucris inhare, cui promissum est regnum caelae, sed suo Domino per continentiam condigne vivere. *Ibid.*

13. Qui cordis occulta per continentiam quietata servare intus contendit, utique et membra corporis facilius contra pravos actus foris custodit. *Ibid.*

14. Continentia cum frenat cohibetque libidines, simul et appetit bonum, et respuit malum; illius quippe amatrix, et spectatrix, hujus vero hostis, et testis est, et decus ejus appetens, et dedecus fugiens. *De continentia*, cap. 3.

15. In cupiditatibus frenandis continentia non laboraret, si nihil nos contra quod contenderet, deideret; si nihil nostrum bonae voluntati ex mala concupiscentia repugnaret. *Ibid.*

16. Proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori auferat sanctitatem violentia libidinis aliena, quam servat perseverantia continentiae suae. Lib. 1, de *Civitate Dei*, cap. 18.

17. Continentia non corporis, sed animi est virtus. In suis *Proverb.* verbo *Continentia*.

18. Felicius est continentia carnis temporali gaudium perenne mereri, quam pro lascivia parvi temporis aeternam luere vindictam. Hom. *Don. Palmar*.

19. Continentia diluitur, quidquid ante luxuriam inquinavit. Ser. 2, post *octave, Epiphaniae*.

20. Continentia restringitur corpus, ne deinceps per mortiferas voluptates diluatur. Ser. 17, de *Parvis serm.*

21. Per continentiam castitas acquiritur. *Ibid.*, Ser. 25.

22. Non sufficit peccatori continentia, si non etiam adsit penitentia. Ser. 2, *Oct. Pasch.*

23. Continentia non habet meritum apud Deum, quae gloriam requirit humanam. Ser. 7, sup. *Coel.*

24. Quomodo claritas lunae non nisi a sole est, sic obscura charitate, continentiae meritum nullum est. *Ibid.*, serm. 27.

25. Proh dolor! quis major in nobis incontinentia invenitur, quam in brutis. Ser. 1, de *35. Apost.*

26. Magna Christianus est verecundia, dum inter gentes paganas, magis quam inter eos invenitur continentia. Ser. 2, de *Conversione. S. Pauli*.

27. Qui continens esse vult, debet non solum tactus impudicos fugere, sed et vanos aspectus, vanos auditus, et vanas locutiones vitare. Ser. 2, de *Incent. S. Crucis*.

28. Continentium est in veritate; quidam enim continent ex necessitate, quidam ex vanitate, quidam ex veritate, soli Deo placere cupientes. Lib. 2, *Pharetra*, cap. 37.

29. Vulgus hominum, quod non novit continentiam, corpore vitam degit, sed non spiritu. Libro 3, *Seromat*.

30. Si Christum continentia sequitur, quid est illis cum terreno cultu, et cum ornamentis; quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt? *Prose*.

31. Continentia non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore. *De Discipul. et habitu Virginitatis*, cap. 3.

32. Conjugio melior est continentia, et virginitas excellentior. *De Nativitate Christi*, cap. 5.

33. Pejus est quam mechari, continentiam ducere criminisam. *De Singulari. clerico*, cap. 5.

34. Magna continentiae reposita sunt praemia; miser ergo et infelix eis, qui continentia spoliatus est. *De Incontinentia*.

35. Fidelium conjugiorum fructus, est continentia. In *Epist. paravitio ad Valerian*.

S. BERNARD.

S. BONAVENT.

CLEM. ALEX.

S. CYPRIANUS.

S. EPIPHAN.

S. EUCHEBIUS.

36. Quid prodest per continentiam carnem restringere, si mens se per compositionem nesciat in proximi amore dilatare? Lib. 6, *Moral.*, cap. 16.

37. Cum de ipsa continentia elatione mens tangitur, plerumque Deus hanc in immunditiam carnis cadere permittit. Lib. 11, *Moral.*, cap. 8.

38. Cum arcem continentiae ascendere nitimur, exemplis praecedentium sublevamur. Lib. 27, *Moral.*, cap. 5.

39. In Ecclesia primum locum virginitas tenet, secundum continentia, tertium conjugalis vita. Lib. 4, in *Regum*, cap. 4.

40. Omnes virtutes spiritus, quasi solidissimum fundamentum et sublime culmen, continentia sustentat et protegit. Lib. 1, *actenus Julianum*.

41. Non solum in desideriis et cupiditate continentia necessaria est, sed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore scilicet, laetitia, et timore. Lib. 3, super *Ep. ad Galat.*, cap. 5, in illud: *Fructus spiritus est pax*.

42. Continentia non solum in carnis opere et animi concupiscentia, sed in omnibus rebus necessaria est, ne honores indebitos appetamus, ne accendatur avaritia, ne ulla possessio supereminet. Super *Ep. ad Titum*, cap. 2, in illud: *Juvenes similiter exhortare*, etc.

43. Quiesca est continentiae vita, quam non inquietat uxoris suspicio, non sollicitant ancillarum sumptus, nec conturbat illorum perversitas; quam munditiae gignit florem, puritatis parit fructum, bonae conscientiae proferit odorem, tergit carnis maculas, animam sinceram reddit, restringit cogitationum fluxus. Lib. 4, de *Noptiis carnalibus vitandis*, cap. 4.

44. Continentia corporis sine continentia mentis, est quasi lampas ornata sine oleo. Super *Ecclesiasticum*, cap. 26.

45. Non castitas, sed continentia dicitur, ubi adhuc ei aliqua resistit adversitas voluptatis. Colat. 42, *Abbat. Charesmonis*, cap. 10.

46. Ubi continentia et honestas, illic et larga spiritus gratia advolat. Hom. 44, sup. *Genes*.

47. Continere se non posse, pusillanimitatis est et negligentiae. Super *Psal. 1*, Hom. 4.

48. Continentis immunditiam assidue prosternit, nobilissima et praestantissima voluptate politur. Homil. 37, super *I. ad Cor.*

49. Non ita continens efficit, sicut tribulatio, et secumulum Deum luctus, Homil. 79, ad *Populum Antiochenum*.

50. Illa est gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur voluntas sancti propositi. Hom. 32 *Operis imperi super Matth.*

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A S. VICIORE.

HUGO CARD.

JOAN. CASS.

S. JOHANNES CHRYSOSTOM.

S. ISIDORUS HISPALENS.

51. Contineus non solum in castitate dicitur, sed et in cibo, et in potu, in ira quoque, et vexatione mentis, et detrahendi libidine. Lib. 10, *Egypt.*, verbo *Contineus*.

52. Continentia hominem Deo proximum facit, et ubi ista manet, ibi et Deus manet. Lib. 2, de *Synonymis*, cap. 1.

53. Quidam in juventute luxuriose viventes, in senectute continentes fieri delectantur; et tunc eligunt servire continentiae, quando eos libido servos habere contemnit. *Prose*.

54. Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in juventute continentes non fuerunt; tales non habent praemium, quia laboris non habuerunt certamen. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 39, sent. 24.

55. Qui continentiam proficitur, et aliis desideris non terrenis subtrahitur, quamvis hunc furvicia carnis non polluat, diversa tamen mundanae conversationis operatio maculat. *Ibid.*, cap. 40, sent. 10.

56. Per continentiam purgari non susinet, qui ciborum suavitates, ac delicias querit. Lib. 1, ep. 220, *Peusotis Monach.*

57. Continentia quasi fastigium est, omniumque consummatio virtutum. Lib. 6, de *Verecundia*, cap. 23.

58. Maxime frenis continentiae caro moderanda est. Ser. 7, *Quadrage*.

59. Caveant qui profitentur continentiam, contempnere, ne incontinentiam debacchantur animum. Lib. 5, de *Cuberna. Dei*.

60. Si cogitationes animo infestas deesse cupis, stude continentiae. *Heccatonade* 4, sent. 14.

61. Mens continens, templum est Spiritus sancti. *Ibid.*, *Heccatonade* 3, sent. 53.

62. Rara virtus, continentia in deliciis. *De disciplina. Claustr.*, cap. 42.

SENTENTIAE PAGANORUM.

63. Continentiam si diligis, circumcide superflua; et in arcum desideria tua constringe. *De Quatuor virtut.*

64. Si continentiam diligis, turpia fugito nequam accidant, nec quemquam alium vereberis plusquam te. *Ibid.*

65. Haec mediocritatis linea continentiam observabis, ut nec voluptati deditus, prodigus, et luxuriosus appareas, nec avara tenacitate sordidus aut obscurus existas. *Ibid.*

66. Si continens fueris, eo usque pervenies, ut teipso contentus sis. *Ibid.*

67. Si continens es, adulationes evita; sitne tibi tam triste laudari a turpibus, quam si lauderis ob turpia. *Ibid.*

S. ISIDORUS PHELISOTA.

LACT. FIDM.

S. LEO T.

SALVIANUS.

THALASSIUS.

TRONAS A KEMPIS.

S. BENEGA.

68. Difficillimum continentiae opus est, assentationes adulatione repellere, quarum sermones animum voluptate resolvunt. *Ibid.*
69. Si continens es, animi tui motus corporis-que observa, ne indecori sint. *Ibid.*

SIXT. PHILOS. 70. Fundamentum pietatis est continentia. Sent. 78.

71. Sapientum divitiarum continentia est. *Ibid.*, sent. 284.

72. Fidelis vir continentia pascitur. *Ibid.*, sent. 417.

CONTRITIO.

Vide Comunctio.

CONTUMACIA.

Vide Obstatio.

CONTUMELIA.

SENECA. *Etyxologia.* Contumelia a contemptu dicta est quia nemo nisi quem contempsit tali injuria notat. *De Constantia sapientis*, cap. 11.

S. ANSELMUS. *Definitio.* Contumelia, est injuria, quae ingeritur alicui contra dignitatem personae. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 1.

HUGO A S. VICTORE. Contumelia est factum vel dictum, quod indignum et inconveniens est illi, cui injuste et contumaciter inferitur. *Ibid.*

HUGO CARD. Contumelia est cum meroris livore, et amaritudinis imperio alienae infamiae manifestatio. *De fructibus carnis et spiritus*, cap. 6.

PLATO. Contumelia est turpis verborum inflamatio. *Super Ecclesiasticum*, cap. 5.

Contumelia, est injuria ad ignominiam tendens. *De Definit.*

SENECA. *Divisio.* Dividamus injuriam a contumelia; prior illa natura gravior est, haec levior, et tantum delicatis gravis, quia non laeduntur, sed offenduntur. *De constantia sapientis*, cap. 4.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROSIIUS. 1. Is, qui cito injuria movetur, facit se dignum videri contumelia, dum vult ea indignus probari. *Libr. 1 Offic.*, cap. 6.

2. Multi sunt qui volunt inferre opprobrium servis Christi, sed ipsi magis sunt probrosi quia pro nomine Christi opprobrium pati, gloriosum est. *Super Psalm. xxviii*, serm. 3, vers. 6.

3. Caveamus diligentius, ne cui vel minimo contumeliam irrogemus, ne ipsi homino in illis minimis contumeliosi fuisse videamur. *Ibid.*, serm. 10, vers. 2.

S. AUGUSTINUS. 4. Si utilitate proximi moveor in laudibus meis, cur minus moveor si quisquam alius vituperet quam si ego? cur ea contumelia magis mordeor, quam in me, quam quae in alium eadem

iniquitate coram me jacitur? *Libr. 10 Confess.*, cap. 37.

5. Omnes qui secundum Christum pie vult vivere, necesse est patientur opprobria. *Super Psalm. cxxii*, vers. ultimo.

6. Patiens esto, ne reperdas contumelias, et melustacendo vinces. *De ilectitudine Catholicae conversal.*

7. Difficile est ut iniquorum evadet opprobria, cui amica est justitia. Ser. 2 *Dom. 2 Quinquag.*

8. Grave quidam est contumelia, sed majus malum id est facienti, quam patienti. Conc. 9, contra *Irascentes*.

9. Nihil gloriosius quam amore Christi portare opprobrium. Ser. 25, super *Cant.*

10. Grata ignominia crucis est ei, qui Crucifixo ingratus non est. *Ibid.*

11. Ego plagis conscientiae meae, nullum judicio accommodatus medicamentum probris et contumeliis. Ep. 280, ad *Eugen. papam*.

12. Qui in alterum est contumeliosus, seipsum condemnat. *De Maledicentia*.

13. Qualis quisque apud se lateat, contumelia illata probat. *Libr. 1 Dialogi*, cap. 5.

14. Apud Christianos non qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser est. Ep. 35, ad *Marcum*.

15. Contumelia Christi, honor noster est. *Lib. 2 de Trin.*, verbo *dei*.

16. Rarus ille sapiens, cui sapiunt contumeliae et desipit adulationi. *Super Proverb.*, cap. 18.

17. Quo majus est officium, eo majoris sit occasio contumeliae. Hom. 5, de *Fide Ann.*

18. O ingentem insaniam! dum seipsum honorare quis putat, magis contumelia afficit. Hom. 4, sup. *Malth.*

19. Sicut qui alium honorat, seipsum honorat: ita qui contumelia afficit, seipsum contumelia afficit. Hom. 14, super *Acta Apostolorum*.

20. Contumelia afficit mulier, ne fias tu mulier; muliebri enim est contumelia afficere. *Ibid.*

21. Contumelia afficit quis? face et vicisti. Momentum est, cave abripiaris et totum statim effestis; cave movearis et totum extinxisti. *Ibid.*, Hom. 31.

22. Nihil ita urere consuevit eos, qui contumeliam nobis ingerant, quam quod conviciis affecti, convicia ridemus. Ser. 12, super *Ep. ad Rom.*

23. Unguentum pretiosum in ore tuo posuit Deus, tu vero cadavere sordidiora ibi repositisti verba, cum profers contumeliam. Hom. 6, super 2, ad *Cor.*

24. Contumelia persuadet amanti, ut amorem dissolvat. *Ibid.* Hom. 7.

S. BASILIUS
MAGNUS.

S. EPHREM.

S. GREG. MAG.

S. HIERONYM.

S. HILARIUS.

HUGO CARD.

S. JOANNES
CHRYST.

25. A contumelia in iram, ab ira in plagas, a plagis ad eadem saepe progreditur. Ser. 14, super *Ep. ad Ephesios*.

26. Ex risu superius contumelia, de contumeliis iuge et vulnera, de vulneribus et plagis jugulationes et homicidia oriuntur. Homil. 13, ad *Popul. Antioch.*

27. Cane sordior est contumeliis gaudens, qui revertitur ad vomitum suum. *Ibid.*, Hom. 31.

28. Contumeliam facere morbus est animae, defectus est. *Ibid.* Homil. 62.

29. Nihil ita male dicos mordet frenatque, quam illata contumeliae contemptus. Ser. de *Negutia depulsa*.

S. JOAN. CLIM. 30. Probrum et contumelia lavacrum est vitiorum animae. *Prosec.*

31. Solent enim saeculares, cum aliquem in faciem ignominiae et contumeliis persperserint, gloriantes ad alios dicere: Lavi illum. Gradu 8.

32. Grave est eum, qui maximis beneficiis obstrictus est, non modo nullam gratiam referre, sed etiam eum, qui de se bene meritus sit, contumelia laedere. *Prosec.*

33. Grave est, inquam, istud, sed tamen facienti gravius malum est, quam patienti. *Lib. 1, Parabol.*, cap. 29.

34. Quae amicus dicuntur, etiamsi contumeliae sint, toleranda sunt. *Lib. 3, Parabol.*, cap. 105.

S. ISID. HISP. 35. Sagittae contumeliae, patientiae clypeo frange. *Lib. 2, de Synonymis*, cap. 7.

36. Tranquilla etiam mente tuas contumelias prode, aperi tranquillo corde dolorem contumeliam; vulnus enim quamvis grave sit, si apertum est evaporat. *Ibid.*

37. Qui illatas sibi contumelias tranquillo animo prodit, dolorem cordis aperit; et quod servet in animo, virtus facile rejicit. *Prosec.*

38. Vulnera enim mentis per contumeliam aperta cito exhalant, clausa nimis exulcerant.

39. Qui dolorem contumelie clauso pectore tegit, quanto amplius per silentium linguam premit, tanto acriorem dolorem intrinsecus nutrit. *Libr. 2, de Summo hono*, cap. 29, sentent. 26.

40. Contumelias detrahentium, patientia superat. Habetur apud Bedam in suis *scintillis*, cap. 2.

S. ISID. PELES. 41. Nihil contumeliosos homines tam excruciat, quam eorum, quibus contumelia inferatur, patientia. Qui indignatur et exandescit, hoc ipso veras esse contumelias ostendit; qui autem eas irridet ac pro nihilo ducit, perspicuum argumentum dat se nullius sceleris sibi conscium esse. *Libr. 2, ep. 296, ad Eustatium presbyterum*.

S. LAUR. JUST. 42. Plena victoria est ad contumeliam acclamanti non respondere, sed tacere eo provocante. *Part. 1, de Ligno vite*, tract. 5, de patientia, c. 4.

43. Utinam magis diligeres contumeliam pati, quam laudibus exeri: id enim tibi utilius, securisque est. In *Canone vitae spiritus*, cap. 8.

44. Tullius excipit contumelias, qui scuto patientiae se praeruat. Epist. 138, ad *Gualterum Rothomag. archiepisc.*

45. In hoc tibi copiosior merces acquiritur, si solum contumeliam suscipis, gratiam reddis. *Libr. 8, epist. 3, ad Albertum*.

SENTENTIAE PAGANORUM.

46. Habet quemdam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac boni viri difficillime possunt. Orat. 8, in *Verrem*, lib. 3, act. 4.

47. Omnis animadversio et castigatio, contumelia vacare debet. *Lib. 1, Offic.*

48. Contumelia est minor injuria. *De Constantia sapientis*, cap. 10.

49. Tutus est sapiens, nec ulla affici contumelia potest. *Ibid.*, cap. 2.

50. Merito aut immerito accidit contumelia: si merito, non est contumelia, iudicium est; si immerito, illi qui injuste facit, erubescendum est. *Ibid.*, cap. 16.

51. Quisquis vult tibi contumeliam facere, faciat; ut tamen nihil patieris, si modo tecum fuerit virtus. *Ep. 71*.

52. Si magnanimus fueris, nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. *De Quatuor virtut.*

53. Cito ignominia fit superbi gloria. In suis *Proec.*

54. Contumeliam nec facere fortis potest, nec ingenuus pati. *Ibid.*

55. Ingenuitas non recipit contumeliam. *Ibid.*

56. In miseri vita nulla contumelia est. *Ibid.*

57. Perturpe est quod obijcitur, in obijciente cognosci. *Ibid.*

58. Nihil turpius quam qui obijcit alteri, sibi obijciendum. *De Moribus*.

59. Dolor, qui ex contumelia sentitur, gravissimus est. *Lib. 2, Dictor. memorab.*

Vide etiam titulos, *Convicium et Maledicentia, Uxor*, sent. 105.

LUDOV. BLOS.

PETRUS
BLESENSIS.

PETRUS
DAM.

CICERO.

SENECA.

VALENTIUS
MAXIMUS.

CONVERSATIO.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Sancta conversatio cauta debet esse, ne forte cum mala vita non sit per lasciviam, mala sit fama per negligentiam. *De Bono vidui*, cap. 22.

2. Necesse est ut, si proficis, inter iniquos vivas: ab iniquis recedere non potes? ab iniquitate recede. *Sup. Psalm. xcii*.

3. Intelligat unusquisque parum sibi prodesse conversationis famam, nisi in contemptu mundi

- amaverit disciplinam. *De Bono disciplina*, cap. 7.
4. Caremus coram hominibus bene conversari, et nihil facere quod veniat in malam suspicionem. *De Oribus*, cap. 9.
5. Bonum est conversari in obsequio sanctorum. *Serm. 15, de Verbis Apost.*
6. Sobrie, et juste, et pie vivamus; hæc tria sunt conversationi nostræ maxime necessaria; quoniam primum debemus nobis, secundum proximo, tertium Deo. *Serm. 2, in Die Pasche.*
7. In quacunq; hominum verseris frequentia, tantum cave aliene conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius Index. *Serm. 40, sup. Cant.*
8. Memento quod asperior cardo pannum facit leviorum, sic conversatio conscientiam. *Ep. 351, ad Ivoanem Noctium.*
9. Catholicorum carnalis animalis conversatio nox est et tenebre. *Serm. 78, sup. Cant.*
10. Inter bonos bonum esse salutem habet; inter malos vero, et laudem. Illud tantæ facilitatis est, quantæ et securitatis; hoc tantæ virtutis, quantæ difficultatis. *Ep. 23, ad Hugonem archiep. Rothomagens.*
11. Cum in conversatione vides aliquid, quod tibi displicet, vide si hoc est in te et abscinde; si vero vides aliquid quod tibi placet, vide si hoc est in te, et tene, si non est, assume. *In Notabili documento.*
12. Sicut ille est culpandus, qui malus est inter bonos; ita ille est laudandus, qui bonus est inter malos. *Serm. 10, ad Sororem.*
13. Non mediocris titulus virtutis est, inter pravos vivere bonum, et inter malignantes innocentiam retinere candorem et morum lenitatem. *Serm. 48, sup. Cant.*
14. Nil ita nocivum est, sicut conversari cum perniciosis. *Sup. Lva, cap. 17.*
15. Ex dulina hominum conversatione, morum semper contrahimus qualitatem. *Sup. Psalm. xxv.*
16. Conversemur quasi Dei templa, ut Deum in nobis constet habitare. *Prosec.*
17. Nec degeneret actus noster a spiritu, ut qui corporeas, et spirituales esse capimus, non nisi spiritualia et celestia cogitemus, et agamus. *Serm. 6, de Orat. Dom.*
18. Mala conversatio non nisi corruptionem seminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit feriam, lasciviam pascit, petulantiam nutrit, easus exultat, ruinas edificat, rivos eripit, præcipitia instruit, periculis navigat, naufragis vellicat, perditione gaudet, interitum fovet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, multiplices mores invenit. *De singularitate clericorum*, cap. 22.
19. Dubium non est quod illa anima, que per concupiscentiam secularium voluptatum passio efficitur mundane conversationis, non potest effici regnum divinitatis. *Hom. 4, ad Monachos.*
20. Periculosus est male conversationis usus. *Ibid., hom. de Iulio Quadragesimæ.*
21. Non magnum est bonum esse inter bonos, et cum bonis bene vivere; sed inter malos innocentiam tueri, virtutemque non deserere, hoc opus, hic labor est. *Sup. Job., cap. 1 in illud: Vir erat in terra Hus.*
22. Bona conversatio sine charitate, nulla est. *In Decretis, part. 2, de Penitentia, dist. 2, canon. Charitas, § Hæc.*
23. Non valde laudabile est, bonum esse cum bonis; sed bonum esse cum malis. *Prosec.*
24. Sicut enim gravioris culpæ est, inter bonos bonum non esse: ita immensi est præconii, bonum etiam inter malos existisse. *Lib. 1 Moral., cap. 1, in illud: Vir erat in terra Hus.*
25. Debet esse timor in conversatione, ut iste torpentes pungat. *Lib. 18, Moral., cap. 9.*
26. Usus recta conversationis est, ut præesse non audeat, qui subesse non didicerit. *Lib. 1, Dialogi, cap. 1, verbo Nequamquam.*
27. Conversatio sanctorum tanto validius terrena despicit, quanto purius in amorem celestium surgit. *Lib. 4, in I Reg., cap. 5.*
28. Itis immensi præconii est, inter malos laudabiliter conversari. *Lib. 1, Moral., cap. 1, in titulo.*
29. Multi conversationis appetunt habere laudem, sed habere laudabilem vitam nolunt. *Lib. 2, Dialogi, cap. 5.*
30. Multum deorsum decimur, dum locutione continua secularibus admiscemur. *Prosec.*
31. Valde difficile est, ut lingua secularium mentem non inquinat quam tangit.
32. Quia dum plerumque eis ad quædam loquenda descendimus, paulisper assueti, hæc ipsam locutionem, que nobis indigna est, etiam delectabiliter tenemus; ut ex ea jam redire non libeat, sicut sit ut ab otiosis ad noxia, a levioribus ad graviora veniamus. *Ibid., lib. 3, cap. 15, verbo Apud.*
33. Perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos sepe ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem nunquam trahuntur. *Hom. 9, sup. Exechiel.*
34. Cura est sollicitudinis adhibenda, ut que pro quiete religiose conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quedam ve-

S. EUSEBIUS
EUSEBIUS.FRANCISCUS
THEILM.

GRATIANS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. HIERONYMUS.

HEGO A S.
VICTORE.

HEGO CARD.

S. JOANNES
CHRYSTOST.

- leat præsumptio perturbare. *Lib. 7, in Registro*, indict. 2, cap. 113, epist. 115, ad *Virgillum episc.*
35. Graves feminæ et maxime viduæ tibi comites eligantur, quarum probata est conversatio, sermo moderatus, sancta verecundia. *Prosec.*
36. Fuge lasciviam puellarum, quæ ornant capita, crines a fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, strictas habent manicas, vestimenta sine ruga, ut sub nomine virginali, vendibilius pereant. *Epist. 8, ad Demetriadem.*
37. Fuge personas, in quibus potest male conversationis esse suspicio. *Ep. 11, ad Cerontiam.*
38. Innocens et absque sermone conversatio, quantum exemplo prædest, tantum silentio nocet; nam et latratu canum, laculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. *Ep. 41, ad Oceanum.*
39. Sanctæ conversationis usus altius inferendus est. *Epist. 1, ad Demetriadem.*
40. Conversatio fit habitu, actione, et sermone; caveamus in habitu conspici notabiles, in actione reprehensibiles, in sermone contemptibiles. *Prosec.*
41. Sit habitus in mediocritate, actio in integritate, sermo in veritate. *Lib. Miscellan.*
42. Gloriosum est et utile, cogitare frequenter qualiter sancti conversati sunt in mundo, et in quanta gloria modo sunt in celo. *Sup. Genes., c. 34.*
43. Conversatio viri justii suavitatem habet munda conscientie, et asperitatem duræ vitæ. *Sup. Tobiam, cap. 2.*
44. Fugiendi sunt in conversatione caduci mores, temporales et terreni, carnales et superbi, seipso amantes, amatores pecunie, procaeces in ventos malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositi, sine affectu, sine misericordia, tales fugiendi sunt. *Prosec.*
45. Appetendi sunt sancti et humiles corde, benigni et pacifici, misericordes, lugentes, contemptores mundi. *Hom. 3, de David et Sule.*
46. Nihil ita perniciosum ac pestiferum est ut pravorum hominum conversatio. *Hom. 60, sup. Math.*
47. Amantibus, quando non possunt versari cum iis quos amant, nulla presentia utilis est. *Hom. 20 ex Verbis Iocis in Math.*
48. Felix ista conversatio, despiciere homines, Angulos querere, urbes deserere, et in solitudine invenire Christum. *Hom. 1, sup. Marcum.*
49. Gravis et conversatio malorum; non enim tam cito contagium sequitur, aut delegitur, quam in paucorum hominum multitudine. *Hom. 56, sup. Joan.*
50. Pessimorum conversatio, non bonam homini inurit opinionem. *Ibid.*
51. Conversatio cum reverentia et religione, nihil blasphemie resonat, nihil improbum, nihil protervum, nihil arrogans. *Hom. 33, sup. Ep. ad Hebraeos.*
52. Nihil sic in veritatis viam inducit, sicut conversationis integritas. *Hom. 72, ad Popul. Antioch.*
53. Umbra quedam, ipsique umbris inanior, nequiorque est conversatio secularis, plena periculorum plena tormentorum, et extremo euidam servitio subjugata. *Ep. 6, ad Theodorum insulam.*
54. Magnam honorum virorum usum, atque consuetudo utilitatem habet. *Lib. 3, Parall., DAMASCENUS, cap. 71.*
55. Bonus esse veraciter non desiderat, quem pravorum conversatio delectat. *Hom. ad Nonachos.*
56. Qualis haberi vis, talis esto: professionem tuam et habitum, et incensum demonstra. *Prosec.*
57. Sit in gressu tuo simplicitas, in motu puritas, in gestu gravitas, in incensu honestas.
58. Nihil dedecoris, nihil lascivie, nihil petulantie, nihil insolentie, nihil levitatis appareat.
59. Animus enim in corporis habitu appareat, corporis gestu animus proditur, corporis gestu animi habitus panditur. *Lib. 2, de Synonymis, cap. 8.*
60. Nemo bonus secure cum malis habitat. *Part. 1, De Triumphat Christi agone, cap. 6.*
61. Semper bonorum conversatio, malorum persecutiones pertulit. *Part. 1, de Interiori consuetu, cap. 2.*
62. Non est tutam urbibus conversatio, ubi omnium exuberant materia peccatorum, elatio regnat, exercitii livor, rixæ conturbant, libido dominatur, divitiæ dilanant, voluptas blanditur, socialis carum colligatio animum effeminat. *Part. 1, de Casto connubio, cap. 6.*
63. Quantumlibet caste et sobrie mortalis hæc vita ducatur, quodam tamen pulvere terrene conversationis aspergitur. *Serm. 8 Quad. ep.*
64. Secularium conversationes mentem a Deo segregant; quapropter ipsos nec alloquitur, sed alloquentes declina. *Paranes, 88.*
65. Facile in laqueos, ex quibus se extricasse arbitrabantur, rursus incidunt, qui sine timore cum mundi turbis versari student. *Ibid., in Libro ascetico.*
66. Qui in multitudine versatur, assiduis vulneribus afficitur. *Ibid., orat. 2, de Luctura.*
67. Nihil prodest gloria bonæ conversationis in principio, nisi sit gloriosus et finis. *Ep. 36, ad Christianam sanctimoniam.*
68. Ex conversatione malorum vite corruptela traducitur. *Ibid., ep. 107, ad Amicum suum.*

S. JOANNES
DAMASCENUS.S. JOANNES
DAMASCENUS.

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS
HISPALENSIS.S. LAURENTIUS
JUSTINUS.

S. LEO I.

S. NILUS.

PETERUS BLES.

69. Presentibus conversatio tua luceat, absentibus fama in benedictione redeat. Opusc. 46, cap. 6.

S. PETRUS
MAURITIUS
ABB. CLUN.

70. Semper similia similibus conveniunt; monachum monachis, clericum clericis, laicum laicis colabatur. Lib. 1, ep. 16, ad Pontium.

RICH. A. S.
VICTORE

71. Talis conversationis aliquis fit, quales inspicit, quales attendit, et qualibus se jungit. Part. 2, sup. Cant., cap. 16.

ROBERTUS
BELLARM.

72. Quamvis ubique noceat malorum conversatio, nusquam tamen magis, quam in conviviis et computationibus. Super Psalm. cxi., vers. 5.

S. THOMAS
AQUINAS.

73. Ille qui inter malos bene conversatur, majoris virtutis esse ostenditur quam qui bene conversatur inter bonos. Opusc. de perfect. vitæ spiritualis, cap. 20.

S. VALERIAN.

74. Omne opus, in quo studium humane conversationis invigilat, voluntarium requirit officium. Hom. 3, de Arca vita.

75. Non desunt solatia divinitatis, ubi sunt actus bonæ conversationis. Ibid., hom. 11, de Parasitis.

IN VITIS
PATR.

76. Homo fugiens homines, similis est uvæ matura; qui autem cum hominibus libenter conversatur, sicut uvæ acerba est. Lib. 5, Libell. 1, num. 10.

77. Imperforabilis manet a sagittis inimici, qui amat quietem, qui autem amat misceri multitudini, crebra suscipiet vulnera. Lib. 5, Libell. 2, num. 11.

78. Non mensures teipsum, sed adhære bene conversanti. In sententiis, sent. 66.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTELES.

79. Non debet homo sanæ mentis ubicunque conversari. In œconom.

EPICTETUS.

80. Memento sic in vita esse versandum, tanquam in convivio. Prosec.

81. Si quid enim circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu partem modeste capito; præterit? ne detine; nondum adest? ne longe appetitum extendito, sed expecta dum ad te perlatum fuerit. In suo Enchiridio, cap. 21.

SENeca.

82. Sumuntur a conversantibus mores ebrius convivores in amore vini trahit; impudicorum coetus fortem quoque, et silecium virum emolli; avaritia in proximos virus suum transfert. Lib. 3, de Ira, cap. 7.

83. Quid tibi vitandum præcipue existimem quæris? turbam, nondum illi te tuto commiseris. Prosec.

84. Inimica est multorum conversatio.

85. Quo major est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est. Epist. 7.

86. Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imo vero crudelior, et inhumanior, quia inter homines fui. Ibid.

87. Recede in te ipsum, quantum potes; cum his versare, qui te meliorem facturi sint; illos admittite, quos tu potes facere meliores. Ibid.

88. Nulla res magis animos honeste induit, duobusque, et in pravam declinantes revocat ad rectum, quam honorum virorum conversatio. Ep. 94.

89. Avarus, corruptor, sævus, fraudulentus multum nocituri sunt, si prope te fuissent intra te sunt; ad meliores malis. Ep. 104.

90. Qui æquo animo malis immisceatur, malus est. De Moribus.

91. Non tam valetudini profuit utilis regio, et salubrius cœlum, quam animis parum firmis, in turba meliorum versari. Lib. 3, de Ira, cap. 7.

92. Tam honorum quam malorum, longa conversatio amorem inducit. De Tranquillit. vitæ, cap. 1.

93. Argumentum pessimi turba est; queramus quid optime factum sit, non quid usitatissimum; et quid nos in possessione felicitatis æternæ interpreti probatum sit. De Vita beato, cap. 2.

94. Hærebit tibi avaritia, quando avaro sordidoque conjungeris; hærebit tumor, quando cum superbo conversaberis; incendent libidines tuas adulterorum sodalitia. Epist. 104.

95. Conversatio dissimilium bene composita disturbat, et renovat affectus, et quidquid imbecillum in animo, nec percuratum est, exulcerat. De Tranquillit., cap. 15.

96. Turbam rerum hominumque desiderant, qui se pati nesciunt. Fac ergo mi Lucili, quod facere consuevistis; a turba, quantum potes, te separa. Lib. 4, Quæst. naturalium.

97. Omnibus hominibus ita utere, quasi communis omnium post Deum curator. Prosec.

98. Omnibus hominibus male utitur, seipso male utitur. Sent. 201.

Vide etiam titul. Adversitas, sent. 38; Austeritas vitæ, sent. 20; Egredi foras, per totum; Familiaritas, per totum; Hæreticus, sent. 35; Hypocrita, sent. 84; Mandus, sent. 130; Religiosus, sent. 126; Societas, per totum; Subjectio, sent. 29.

CONVERSIO.

Etymologia. Conversio dicitur quasi cordis undique versio. In decretis, part. 2, de Paenitentia, dist. 1, Cant. Convertimini.

Converti, simul verti est. Lib. 2, in I. Reg., s. GREG. MAG. cap. 1.

SIXTUS
PHILOSOPHUS.

GRATIANUS.

S. ANTONIN.

Definitio. Converti non est aliud, quam se a gratiam preparare. Part. 4, tit. 9, de Divina gratia, cap. 5, § 4.

HUGO CARD.

Conversio est qua homo a posterioribus ad anteriora transmutatur, hoc est, amore temporalium, ad desiderium æternorum. Sup. Ecclesiasten, cap. 8.

SENTENTIA PATRUM.

ALANUS DE
RUPE.

1. Unus ad Religionem conversus, multis in sæculo præstare potest conversis ad frugem bonam. Part. 4, serm. 3, cap. 31, de Excellent. religionis Quinquag., 2. excellen., 9.

S. AMBROSIIUS.

2. Nihil Deo et Angelis gratius animæ conversione. Sup. Psalm. XLIII.

S. AUGUSTIN.

3. Convertenti se ad Dominum, major cura oritur, ne avertatur donec carnalium negotiorum requiescat impetus effrenatus consuetudine diuturna, et tumultuosis recordationibus conversioni ejus sese ingerens. Lib. 6 Musica, cap. 5.

4. Convertere ad eum quo es, ut ex ipso etiam melior sis, ex quo habes ut sis. Lib. 3, de Lib. arbit., cap. 16.

5. Cum se voluntas relicto superiore ad inferiora convertit, efficitur mala: non quia malum est, quo se convertit, sed quia perversa est ipsa conversio. Lib. 12, de Civit. Dei, cap. 6.

6. Queramus lapidem, quo percutiatur incredulus, ut percussus quassetur, quassatus comminuat, comminutus in pulverem convertatur, conversus in pulverem compluatur, complutus seratur, satus faciat fructum, non qui igne consumatur, sed qui in heroo recondatur. De quinque hæresibus, cap. 3.

7. Perfecta conversio paratum invenit Deum. Sup. Psalm. vi, vers. 4, Convertere, Domine.

8. Ut homo sit aliquid, convertat se ad illum a quo creatus est. Sup. Psalm. LXX.

9. Qui non vult converti in melius, caveat ne in deterius pervertat, et evertat. Ep. 38, ad Lætum.

BERNARD.

10. Corporis conversio si sola fuerit, nulla erit; forma siquidem conversionis est ista, non veritas, vacuum virtutis gerens speciem pietatis. Sermon. 1.

11. Perfecta conversio est ad bonum, ut nil libeat, nisi quod deceat, vel liceat. De gratia et libero arb.

12. Novitas conversionis, non est novella vanitas. De Vita solitaria, ad fratres de Monte Dei.

13. Omnis nova conversio, adhuc pristina vitæ habet permissionem. Sermon. 6, ad Sororem.

14. Multi convertuntur ad Deum, non tamen mente quam corpore. Ibid.

15. Ille ad Deum in toto corde convertitur, qui

T. I.

ab omni malitia rerum corruptibilium ex toto corde primo avertitur. Prosec.

16. Non potest quisquam ad Deum toto corde converti, nisi ab omni mundo fuerit ante avertus. Ep. ad quemdam.

17. Nullus ad bonum convertitur, nisi in bono delectetur. Sup. Lamentat. Hieremias, cap. 1, in illud: Convertens animam meam.

18. Sicut in peccato est conversio per concupiscentiam, et aversio per superbiam: sic in remedio est aversio a peccato per penitentiam, et conversio ad Deum per benevolentiam. Sup. Luc. cap. 7.

19. Vere conversis levissimum est quidquid hic tolerant, si imaginem sempiternæ lætitiæ pensant. Sermon. 4, in die Cinerum.

20. Quatuor sunt que conversionem peccatoris impediunt, videlicet pudor, timor, spes, desperatio; pudor confessionis, timor satisfactionis, spes futuræ conversionis, desperatio remissionis; pudor de malitia, timor de penitentia, spes de misericordia, desperatio de venia. Ibid., serm. 3, super illud Joel. 2: Convertimini ad me.

21. Si vis quod propitius tibi Deus, convertaris ad Deum et revertaris a diabolo; convertaris ad virtutes, revertaris a vitiis. Sermon. 2, Dom. 10, post Pentec.

22. Nec peccati quantitas, nec vitæ enormitas, nec hominis extremitas excludit a venia, si perfecta fuerit conversio voluntatis. Sermon. 2, Dom. 20, post Pentec.

23. Multi non ad Deum redeunt, nisi a tribulatione cogantur. Sermon. 2, de S. Marco.

24. Conversos oportet valde esse sollicitos, et satagere, ut de reliquo ornent animas suas ornamentis dignissimis, id est dogmatibus veritatis, decore pudicitie, splendore justitiæ, candore pietatis. Lib. 10 Recognitionum.

25. Jucundiores sunt illi dies, quibus renascimur, vel reparamur quam illi, quibus nascimur. Hom. 6, de Pascha.

26. Ista est vera et perfecta conversio, quando non solum possessio negligitur in rebus, sed etiam passio repudiatur in moribus. Ibid., hom. de S. Maximo.

27. Nullus efficitur beatus nisi qui, malis actibus renuntiatis, ad Deum fuerit tota cordis humilitate conversus. Lib. 1, de Remiss. peccator., cap. 14.

28. Conversio tunc vera probatur in homine, si impietas et iniquitas pellatur ex corde. Ibid. cap. 16.

29. Conversio illa in conspectu Dei grata est et accepta, in qua simul et fidei rectitudo servatur, et vitæ bonæ regula custoditur. Ibid., c. 17.

S. DONAVENT
S. CLEMENS
PAPA.

S. CLEMENS
PAPA.

S. EUSEBIUS
EMISEN.

S. PULGENT.

GLOSSA ORD.

30. Quamvis propria voluntate ad Deum convertamur, nisi tamen ille nos traxerit et cupiditatem nostram suo presidio corroboraverit, non possumus esse salvii. *Sup. Hierem.*, cap. 3, in illud: *Convertimini*, etc.

31. Gratia Dei non convertimur, nisi et nostra voluntate convertamur. *Prosec.*

32. Est autem quoddam velamen nostrae infirmitatis sensibus obiectum, quod nisi illuminatione Dei fuerit remotum, converti non valeamus. *Super Threnos*, cap. 5, in illud: *Converte nos, Domine*, etc.

GLOSS. INT.

33. Perfecta est conversio, ubi, cum cupiditate rerum, carnalis quoque rumpitur dilectio. *Super Matth.*, cap. 4.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

34. Conversio securitatem parit. *Lib. 24, Moral.*, cap. 7.

35. Quisque in ipso conversionis initio magna plerumque dulcedine consolationis excipitur, sed durum laborem postmodum experitur probationis. *Ibid.*

36. Tres modi sunt conversorum; inchoatio, medietas, perfectio. In inchoatione, inveniunt blandimenta dulcedinis; in medio tempore, certamina tentationis; ad extremum, perfectionem plenitudinis. *Ibid.*

37. Conversos prius dulcia suscipiant, quae consolentur; postmodum amara, quae exerceant, et tunc demum suavia atque salubria, quae confirmant.

38. Vitam uniuscujusque conversi inchoatio blanda permulcet, aspera medietas probat, et plena post perfectio roborat. *Ibid.*

39. Majus de peccatore converso, quam de stante justo gaudium fit in caelo; quia dux in praedio plus eum militem diligit qui, post fugam reversus, hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga praebuit, et nunquam aliquid fortiter gessit. *Prosec.*

40. Sic agricola illam amplius terram amat, quae post spinas uberes fruges portat quam eam, quam nunquam spinas habuit et nunquam fertilem messem protulit. *Hom. 34, super Evang.*, in illud *Luc. 15: Gaudium erit in caelo*, etc.

41. Conversio peccatoris vera tunc est, cum ad Creatoris sui beneplacitum uterque homo rediatur. *Lib. 2, in I Reg.*, cap. 1.

42. In Ecclesia ultimum locum conversio tenet peccatorum. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4.

43. Nulla est conversio peccatoris, si conversus perseverantia careat boni operis et unitate charitatis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

44. Tunc bene conversus peccator cernitur, cum digna afflictionis austeritate delere nititur quod loquendo confitetur. *Ibid.*, lib. 6, cap. 2.

43. Conversi cavere possunt crimina, sed omnia non possunt vitare peccata. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

46. Deus justus et pius est; et, sicut perseverantibus in pravitate districtus est, ita est conversis misericors. *Lib. 9, in Registris*, indict. 4, cap. 43, ep. 43, ad *Universos Episc. Siciliae*.

47. Saepae electorum conversio plus finiendo pergit, quam inchoando proponit, etsi tepidus prima inchoat, ferventius extrema consummat. *Lib. 19 Moral.*, cap. 16.

48. Ne praedicator vilem peccatorum conversionem aestimet, dum leviter convertere eos ad Dominum potest, differtur conversio, ut conversi diligantur amplius. *Lib. 4, in I Regum*, cap. 4.

49. Via bona et recta est, cum ad Religiosam vitam convertimur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 2.

50. Multa compassione indiget conversio peccatorum. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

51. Qui in conversione sua praeterita deserunt, sic deserant ut ad eadem delicta non nunquam amplius reviscant. *Ibid.*

52. Non debet in peccatore converso despicit quidquid fuit, qui jam cepit esse quod non fuit. *Lib. 18 Moral.*, cap. 16.

53. Peccatum humiliationis est mater, conversionis vero humiliatio. *Orat. 1, in Julianum*, *imperial.*

54. Conversio fit tribus modis: confessione, compunctione, mortificatione; confessione oris, compunctione mentis, mortificatione carnis. *Sup. Joel.*

55. Cor ad Deum conversum est morale templum, Ecclesia mystica. *Lib. 3, de Claustro animae*, cap. 17.

56. Haec est perfecta transfiguratio, cum splendeat facies mentis Deo, et vestimenta proximo. *Sup. Matth.*, cap. 17.

57. Justo judicio Dei fit ut, quia cum potes homo, converti, non vult; cum vult forte converti non possit. *Serm. 2 Dom. 1 Advent.*

58. Nihil est quod ita Deum exhiberet, sicut conversio peccatorum, et a peccato ad virtutem regressus. *Hom. 25, sup. Genes.*

59. Fides hominem (qui terrenus est, si convertatur) Deo familiarem efficit. *Hom. de Fide et lege naturae.*

60. Qui vult bonus fieri, nihil est ei impedimento, etsi ex pessimorum numero antea fuerit. *Hom. 22, sup. 1, ad Cor.*

61. Legis gloria est ad Christum converti. *Hom. 7 sup. II, ad Corinth.* in illud 2: *Excecati sunt sensus eorum.*

62. Etsi immensas pecunias pauperibus eroges,

plus tamen effeceris, si unam converteris animam. *Hom. 3, sup. 1 Corinth.*

63. Nusquam nocentissimus ille adversarius irritatur gravior, quam cum suorum instrumentorum multa sibi cripi videt. *Ibid.*, *Hom. 43.*

S. ISIDORUS
HISPALENSIS.

64. Multi principia habent conversionis bonae, sine vero malo clauduntur; quidam autem et bene incipiunt, et bene finiunt. *Lib. 2, de Sum. bono*, cap. 5, sent. 14.

65. Trimodum genus est conversionis: inchoationis cum dulcedine, medietatis cum labore, perfectionis cum requie. *Lib. 2, de Sum. bono*, cap. 8, sent. 1.

66. Omnis conversus ante ex fletu inchoet peccatorum, et sic transeat ad desiderium supernorum. *Ibid.*

67. Quisquis ex deteriore jam melior esse cepit, caveat de acceptis extolli virtutibus, ne gravior per vanam gloriam corruat quam prius cum per lapsum vitiolorum jacebat. *Lib. 2, de Sum. bono*, cap. 5, sent. 8.

68. Vita ante conversionem, quasi pacem in homine habent; quando autem expelluntur post conversionem, acriori virtute consurgunt. *Ibid.*, cap. 9, sent. 3.

69. Fiant inimica converso, quae peccatori prospere blandiebantur, et fiunt blanda converso, quae peccatori adversa extiterunt. *Ibid.*

70. Ante conversionem praecedit turba peccatorum, post conversionem sequitur turba temptationum. *Prosec.*

71. Illa se obijciunt, ne ad Deum convertamur; ista se ingerunt, ne liberius cordis oculos Deum ceruamus. *Ibid.*, cap. 9, sent. 5.

72. Utile est Dei servo post conversionem tentari, quatenus a tempore hegigentiae sollicitantibus vitiis ad virtutes animam per exercitium praeparet meritorum. *Ibid.*, cap. 9, sent. 6.

73. Multos remissa conversio in pristinos errores reducit ac vivendi tempore resolvit. *Pros.*

74. Horum ergo exempla quisque conversus evitanda, dum timorem Dei a tempore incipit, rursus mundanis erroribus immergatur.

75. Trepidus in conversione otiosa verba et vanas cogitationes esse noxias non conspicit; quod si a tempore mentis evigilaverit, quae leviter existimabat, confestim quasi horrenda atque atrociter pertimescit. *Ibid.*, cap. 10, sent. 1.

76. Quidam primo conversionis calore ad virtutes sese accingunt, accedente vero progressu (dum immoderate terrenis rebus incumbunt) pulverem infirmi appetitus obscurantur. *Ibid.*, cap. 10, sent. 5.

77. Valet interdum conversis pro animae salute mutatio loci; plerumque enim, dum mutatur locus, mutatur et mentis affectus. *Prosec.*

78. Congruum est inde etiam corporaliter avelli, ubi quisque illecebris deservivit.

79. Nam locus ubi quisque prave vixit, hoc in aspectu mentis opponit, quod semper ibi vel cogitavit, vel gessit. *Ibid.*, cap. 10, sent. 7.

80. Amplius letatur Deus de anima desperata, et aliquando conversa, quam de ea, quae nunquam extitit perdita. *Ibid.*, cap. 14, sent. 2.

81. Immunditia vitae prioris mutanda est per innocentiam boni finis. *Ibid.*, cap. 14, sent. 6.

82. Ille qui nos malos tolerat, non dubium est quin conversis clementer ignoscat. *Ibid.*, cap. 15, sent. 8.

83. Quam multi ex peccatoribus injusti posterius effecti sunt, ex malis boni et ex improbis continentis! *Prosec.*

84. Quam multi in prima aetate turpes, et omnium judicio damnati, postmodum tamen laudabiles extiterunt. *Lib. de Ira Dei*, cap. 20.

85. Nequaquam sufficit, si a pravitate vitae quisque convertitur, nisi et propria vitia gladio spiritus mortificare conetur! *Serm. 3, de S. Anastasio.*

86. Plerosque vidimus in principio conversionis, ita discretionis infregisse repagula, ut laudum solemnibus inhabiles redderent, et apparatu deinceps lautiori foveri indigerent. *Serm. 38, de S. Andrae.*

87. Cum mens convertitur, destruitur quod aversum fuerat. *De confusione linguarum.*

88. Peccatorum mutationi, non opes, non regnum, non imperium conferendum est. *De Abrahamo.*

89. Cessat vindicta divina, si conversio praecurrat humana. *Sent. 210.*

90. Non sanat unius conversio criminum plurimorum. *Lib. 3, de Gubernat. Dei.*

91. Novum proorsu conversionis genus licita non faciunt, et illicita committunt; non est hoc conversio, sed aversio. *Ibid.*, lib. 3.

92. Post peccata, quibus homo recessit a Deo, ejus praeccepta transgrediens, se convertens, ad majora debet manum extendere, et non esse mediocre contentus. *Opusc. contra retrahentes ad ingressu religionis*, cap. 5.

93. Intelligat unusquisque parum sibi prodesse conversionis famam, nisi in contemptu mundi amaverit disciplinam. *Hom. 4, de Bono discipuli.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

94. Optimus est portus penitentiae mutatio consilii. *Orat. 54, Philipp.* 12.

95. Argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quae adhuc ignorabat, videt. *Ep. 6.*

LACT. PIRM.

S. PETRUS
DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

S. THOMAS
AQUINAS.

S. VALERIUS.

CICERO.

SENECA.

86. Pars magna pietatis est velle fieri bonum. Ep. 34.

97. Nemo se mutat, qui mutari desperat. *De Moribus.*

98. Vix quisquam in bonum nisi ex malo transit. In suis *Proverb.*

Vide etiam titul. sequentes, *Judicium extremum*, sent. 95; *Mutatio, Negotium*, sent. 19; *Novitius*, per lotum; *Prædicatio*, sent. 143; *Princeps*, sent. 63; *Tentatio*, sent. 187, 188.

CONVERSIONIS DILATIO.

SENTENTIE PATRUM.

S. ANSELMUS. 1. Qui differt in futuram, et forsitan non futuram ætatem, suam vitam corrigere, certum bonum dimittit et, contemnendo procul dubio quod perdit, probat se non amare quod expectat et meretur non accipere. *Prosec.*

2. Qui bonum quod vult facere, ut melius fiat, differt: si melius bonum est, certum est; si autem melius bonum dubium est, et perdere minus bonum, minus est damnosum et irreperabile; consilium est, ut acceleret facere bonum minus, ne minus expectando majus, non faciat majus nec minus. *Epist. 1, ad Helinandum.*

3. Conversio dilata difficilior est, accelerata faciliior; ideoque non debet quis esse piger, et tardus ad conversionem. *Prosec.*

4. Diabolus enim quanto diutius possedit, tanto difficilior dimittit.

5. Quanto quis magis tardat conversionem, tanto magis indurat. *Part. 2, tit. 9, cap. 13, § 1.*

S. AUGUSTINUS. 6. Quandiu, quandiu, cras et cras? quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis mee? *Lib. 8 Confess.*, cap. 12.

7. Malos decipit spes dilationis, dum se diutius victros patant, et perditos mores aliquando in melius mutatuos. *Lib. Quæst. Evang. ex Maltheo*, quæst. 11.

8. Magna Dei misericordia in hoc quod diem vite tibi incertum fecit, ut nescias quando hinc emigrabis; et quotidie speras te aliquandiu conversurum, in hoc ejus magna misericordia. *Sup. Psalm. cxlv*, vers. 8.

9. Noli dicere, cras me convertam, cras Deo placebo. Quid dicis? Deus conversioni tue indulgentiam promisit, sed dilationi tue diem crastinum non promisit. *Ibid.*, vers. 8.

10. Dissoluta et paralytica cogitatio est de crastina cogitare conversione, et hodiernam negligere. *Serm. 71, ad Fratres in eremo.*

11. Fratres, non tardetis converti ad Dominum; sunt enim qui præparant conversionem, et diffe-

runt, et fit in illis vox corvina, cras, cras. *Prosec.*

12. Corvus de arca missus, non est reversus; non querit Deus dilationem in voce corvina sed confessionem in gemitu columbino.

13. Missa est columba et reversa est. Quamdiu cras, cras? observa ultimum cras, quia ignoras quod sit ultimum cras. *Super Psalm. cxi*, vers. 8.

14. Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus; sed et justus Dominus, et verax Dominus; largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. *Prosec.*

15. Semper expectas, et de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam prolixiorum vitam. *Sup. Evang. Joan.*, cap. 8, tract. 33.

16. Si obtulisti florem juventutis tue diabolo, saltem fecerit senectutis tue immolare non differas Christo. *Serm. 8, ad Fratres in eremo.*

17. Ipsa dilatio res est, quæ multos occidit, cum dicitur, cras, cras, et subito ostium clauditur; remansit foris cum voce corvina, qui non habuit genitum columbinum. *Prosec.*

18. Indulgentiam Deus promisit tibi, crastinum diem quis tibi promisit?

19. Ubi mihi legis indulgentiam te accepturum, si te correxeris; lege tibi mihi, quantum victurus sis. Non lego, inquis; nescis ergo quantum victurus sis, esto correctus et semper paratus.

20. Noli timere, nec expectare diem ultimum tanquam furem, qui dormienti perfodiat parietem; sed vigila, et corrige te hodie.

21. Quid differs in crastinum? longa vita erit; ipsa longa sit; prandium bonum longum nemo differt, et vitam malam longam vis habere? utique si longa erit; melius bona erit; si brevis erit, bene factum est ut bona produceretur; sic homines negligunt vitam suam, ut nolint habere malam, nisi ipsam. *Serm. 16, de Verbis Dom.*

22. Quare differs vocantem te certus de mercede, incertus de die? vide ne forte quod tibi ille daturus est promittendo, tu tibi auferas differendo. *Ibid.*, serm. 39.

23. Quid differs in crastinum? longa vita erit; ipsa longa sit, prandium bonum longum nemo differt, et vitam malam longam vis habere? *Prosec.*

24. Utique si longa erit, melius bona erit; si brevis erit, bene factum est ut bona produceretur; sic homines negligunt vitam suam, ut nolint habere malam, nisi ipsam.

25. Vilam emis? bonam queris; uxorem vis

ducere? bonam eligis; filios tibi vis nasci? bonos optas; caligas locas? non vis malas, et vitam amas malam.

26. Quid te offendit vita tua, quam solam vis malam, ut inter omnia bona tua solus sis malus? *Ibid.*, serm. 16.

V. BEDA. 27. Ne tardare velis, si quem convertere possis. In suis *Proverb.*, verbo *Ne.*

S. BERNARDUS. 28. Ne ob aliud qui reuunt, et differunt converti ad Deum, nisi quia gravem et severum imaginantur, qui pius est; durum et implacibilem, qui misericors est; ferum et terribilem, qui amabilis est. *Serm. 38, sup. Cant.*

S. BONAVENTURA. 29. Qui tarde convertuntur, parum seminant: qui cito convertuntur, multum seminant, et multum metere possunt. *Serm. 3, in Die Cinerum.*

30. Cave periculum, si enim penitentiae medicina differtur, morbus anime augetur, insuper inveteratus difficiliter sanatur. *Prosec.*

31. Periculosum est, et interitui vicinum, ad mortem protrahere penitentiae remedium. *Ser. 3, in Die Cinerum.*

S. ELIGIUS. 32. Peccator dum labitur, non differat penitentiam, quia nescit si tempus penitendi accipiet, ad digne penitenti. *Hom. 9.*

S. EUSEBIUS EMISUS. 33. Periculosissima est in ultimum diem promissa securitas. *Prosec.*

34. Stultissimum est, ut causa, quæ de necessitatibus agitur æternis, mutabilitatibus vite deficientibus committatur extremis.

35. Odibile est apud Deum, quando homo sub fiducia penitentiae in senectutem reservate, liberius peccat. *Hom. de Latrone.*

36. Elugere intoleranda supplicia et incendia æterna non poterunt, qui se ad meliora non converterint. *Hom. 3, de Epiphania.*

S. FULGENTIUS. 37. Ipse sibi est perniciosissimus inimicus, quisquis male vivens vitam non mutat antequam finiat. *Lib. 2, de Hemiss. peccator.*, cap. 6.

38. Si quis noluerit hic ad Deum converti, et a mala vita ad bona vite studia commutari, nec illic immutabitur, ubi feliciter mutatis justis immortalitas et incorruptio confertur. *Ibid.*, cap. 13.

S. GREGORIUS MAGNUS. 39. Cum pia intentio ad conversionem vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas revocat, quasi quibusdam vinculis anima ligata præcipitur. *Lib. 30, Moral.*, cap. 12.

40. Celeritas conversionis plerumque oritur ex præcipitatione consilii, non incremento devotionis. *Lib. 4, in I Regum*, cap. 4.

41. Qui diu convertendos expectat, non conversos sine retractatione cruciat. *Lib. 10, Moral.*, cap. 17.

42. Ne Prædicator vilem peccatorum conversio-

nem æstimet, dum leviter convertere eos ad Dominum potest, differtur conversio, ut conversi diligantur amplius. *Lib. 4, in I Regum*, cap. 4.

43. Ne expectes ut bonus fias, sed jam fieri incipias. *Orat. 3, de Sua excusata.*

44. Nunquam est sera conversio: Latro de cruce transiit in Paradisum. *Ep. 7, ad Lælam.*

45. Non adeo tarde quis ad Deum convertitur, quin sufficit ei residuum vite quantum libet breve ad peragendum iter peregrinationis, si velit. *Sup. Prov.*, cap. 11.

46. Multis modis terret Deus homines, ut vel sero convertantur, atque exinde magis erubescant quod tam diu expectati sunt ut redirent. *Prosec.*

47. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quosdam concutit, ut qui voluntate converti despiciunt, commoti terroribus convertantur.

48. Plerique ex sola mentis devotione convertuntur ad Deum, nonnulli vero coacti plagis convertuntur, qui ex devotione non converterebantur. *Lib. 2, de Summo bono*, cap. 7, sent. 8.

49. Trahit iniquitatem ut funiculum, qui tardat ad Deum converti. *Ibid.*, cap. 23, sent. 12.

50. Metendum est ne dum ad finem differtur conversio, incerta occupet mors, antequam subveniat penitentia. *Prosec.*

51. Quare etsi bona est ad extremum conversio, tamen nullo melior est, quæ longe ante finem agitur, ut ab hac vita securus transectur. *Lib. 2, de Offic. Ecclesiastic.*, cap. 16.

52. Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est; quia nonnumquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturior proficit. *Ep. 92, ad Rustic. Narbonens.*, cap. 6.

53. Extrema insania est, negotium animæ, in necessitatibus differe articulum, donec desidiam suam falsa expectatione foventem, tonitruum divinæ indignationis absterreat. *Ep. 102, ad Radigensem Abbatem.*

54. Muta vitam dum vivis in hac vita, ne si forte modo, cum potes, distuleris mutare, tunc volens mutare, cum non poteris, cogaris tenere. *Lib. 3, ep. 10.*

55. Ne temetipsum decipias, ne ulterius differas, ne salutis tue remedium de die in diem procrastinandum animam tuam deducas; sed intra cito, dum licet, in portum conversionis, ne te tardantem repentini opprimant cessus, ne te inopinatè mortis absorbent fluctus, et æstantis gehennæ deglutiat barathrum. *Lib. 4, ep. 3, ad quemdam episc.*

56. Non est tuta dilatio tibi ne forte, si nimum procrastinaveris, invidus satanas, sancto

S. BIERON.

S. HUGO CARD.

S. ISID. HISP.

S. LEO PAPA I.

PETR. BLES.

PETR. CELL.

S. PETERS DAMIANUS.

S. PETERS MAURITIUS CUN.